





J. J. J. J. J. J. J.
DISPUTATIO INAUGURALIS
JURIDICA

DE

1692, 2
19 194

ABSENTIA PERSONARUM,

QUAM

SUB SACRO-SANCTÆ TRINITATIS
PRÆSIDIO

EX

BENEVOLO PERMISSU
AMPLISSIMI ICTORUM ORDINIS, IN CELE-
BERRIMA, QUÆ EST DUISBURGI CLIVORUM,
ELECTORALI BRANDENBURGICA
UNIVERSITATE,

PRO LICENTIA

Summos in Utroque Jure Honores
& Dignitates Doctorales ritè ac legitime
consequendi,

*Publico Eruditorum examini placidaque
disquisitioni subjicit*

CHRISTOPHORUS THEODORUS GIESLERUS,
HERDECÂ - MARCANUS,

Ad diem Martii, horis locoque consuetis.

DUISBURGI ad RHENUM,
Apud FRANCONEM SAS, Academiae Typographum,
Anno M. DC. XCII.

Christophorus Gieslerus



DEO.
PATRIÆ.
PATRONIS.
E T.
FAVORIBVS.



P R Æ F A T I O.



UM post exantlata, quod Felix Faustumque sit, Candidatorum examina, à Magnifico Jure-Consultorum Ordine concessa mihi sit, pro Legali lauru Academicâ ritè ac legitime impetrandâ, licentia disputandi, diu haud abs re anceps & dubius hæsî quodnam thema

seligerem; probè perpendens quam periculosum sit, hoc in primis seculo erudito & in scriptis alienis carpendis nimium ingenioso, in publicum prodire: Hieronymo quippe teste: qui scribit, multos sumit iudices. Donec tandem Justitia Romana templum (ceu in l. 2. §. 20. C. de V. J. E. vocatur) perlustrans, in presens de ABSENTIA PERSONARUM incidit; idque per hasce theses, nullo ordine aut arte dispositas, sed prout qualibet primùm obvenère, digestas, publico iudicio sistere constitui. Quamvis autem intricati & per varias Juris nostri, tam Civilis, Canonici, Feudalis, quam Publici Sedes dispersi argumenti difficultas statim sese obtulerit, tamen, cum sit scitu necessarium, ac in forensi strepitu (iis qui iudicii subsellia calefaciunt attestantibus) frequentissimum, sciendi ardor & utilitas difficultatem superavère. Ut verò benè feliciterque susceptus labor succedat, optatumque tangat portum, Ter venerandam Divinitatem Summa animi religione veneror, ut Divinam conatibus benedictionem & idoneas vires largiri velit.



J E H O V A D I R I G E N T E !

T H E S I S I.

Absens dicitur, qui abest à loco de quo agitur. Bald. *in l. fin. §. ubi autem C. de bon. qua lib.*

II. Absens dici potest, qui non est in eo loco in quo petitur. *l. 109. ff. de verb. signif.*

III. Qui non est in civitate, live intra continentia murorum illius, abest, *l. absentem. 173. ff. de verb. obligat.*

IV. Mortui absentes sunt, *c. si delegatus. de offic. deleg. in 6.*

V. Pro absente habetur, qui in utero est, quia nondum in hanc lucem venit, & quoad ea quæ sibi nocent, pro non nato habetur, nec pro existente in rerum natura, *l. qui in utero. ff. de statu hom. l. excusantur. 2. §. 6. ff. de excus. l. 231. ff. de V. S.*

VI. In negotiis, in quibus consensus & intellectus requiritur, absentes habentur furiosi, mente capti, infantes, dormientes. *l. 124. §. 1. ff. de R. J. l. 17. §. 11. ff. de Injur. l. 2. §. 2. ff. de jur. codicill. l. 26. ff. de capt. & postlim. revers. l. 1. §. 1. ff. de aut. & cons. tut. l. 209. ff. de V. S.*

VII. In restitutionibus in integrum absentibus annumeratur, qui est in procinctu & parat discessum, componendo sarcinulas, vel reversus illas nondum deposuit, nec quiescere cepit, *l. 15. §. 3. ff. ex quib. caus. major. l. 8. §. fin. ff. de procurat.*

VIII. In judicio absens est, qui ad eum actum non est citatus: vel, quamvis citatus, non adest. *l. 5. ff. quod vi aut clam. Alciat. in l. mulieris §. adest. ff. de V. S.*

IX. In stipulationibus absentes audiunt, qui se invicem exaudire nequeunt. *l. 1. pr. ff. de V. O. §. mutuum. 7. Inst. de inutilib. stipulat.*

X. In

X. In usucapionibus absentes habentur, qui in eadem provincia, seu territorio non sunt. *l. fin. C. de prescript. long. temp.*

XI. In novi operis nunciatione, absens censetur, qui non est domi, etiamsi sit in hortis vel in alia civitatis parte. *l. 4. ff. de damn. infect. l. 5. §. 1. ff. quod vi aut clam.*

XII. In missione in possessionem bonorum, absentes censentur, qui in una eademque provincia non degunt. *l. 10. pr. C. de bon. auth. jud. possidend.*

XIII. Tutores absentes dicuntur, qui praesentes non sunt in eo loco, in quo negotium cum pupillo geritur. *l. 9. §. 5. & 6. ff. de aut. tut.*

XIV. Quoad excussionis beneficium absentes vocantur, qui in eo sunt loco ex quo facile evocari nequeunt. *Nov. 4. C. de fidejuss. ibique Gothofr. lit. C. l. presente. C. de fidej. & mandat.*

XV. Absentia dispescitur in Ordinariam & Extraordinariam. *Ordinaria* est, quam causatur domicilium alibi constitutum; sic civis Colonienfis ordinariè abest Tremonia. Et potest dici etiam ista absentia *localis*, quia attenditur principaliter, an domicilium sit praesens, non autem, an persona.

XVI. *Extraordinaria* dicitur, quæ causatur ratione discessus, & absentationis accidentalis, & extraordinariæ à domicilio proprio. Et vocatur extraordinaria, quasi quod extra naturæ & humani usus ordinem sit, deserere proprios lares, & vagari alibi, & dicitur hæc absentia personalis respectu praecedentis, quia in hac attenditur solum, An persona sit praesens; in illa autem, An domicillium.

XVII. Extraordinaria iterum distinguitur in *Necessariam* & *Voluntariam*. *Necessaria* est, quando quis non sponte, sed ex necessitate (non quidem absoluta sed hypothetica) abest.

XVIII. *Voluntaria* est, quæ penitus sponte, & ad nullius iussum, cui parere necesse sit, sed ad propriam, vel amicorum, vel suorum utilitatem, & gratiam suscipitur.

XIX. Utraque est vel *Laudabilis*, vel *Vituperabilis*, vel *Indifferens*. *Necessaria Laudabilis* est, quâ quis Reipublicæ causa abest, l. 26. ff. ex quib. caus. major. quomodo absunt Legati l. 26. §. fin. eod. Tribuni, qui missi ad gratulandum Principi & alii, quorum fit mentio l. 35. d. t. qui pro Patria vel Principe militant l. 3. C. de restit. milit. qui Romæ militant, l. 7. ff. ex quib. caus. legati municipiorum l. 8. eod.

XX. *Necessaria Vituperabilis* dici potest, quæ ob delictum imponitur; ut est in deportatis & relegatis, l. 26. §. 1. ff. d. t. item in his qui justè carcere inclusi, l. 9. pr. ff. eod.

XXI. *Necessaria Indifferens* dicitur, quæ ex causa indifferente vel casuali oritur; ut quando quis à latronibus vinculis detinetur, d. l. 9. sive propter non supervacuum metum vel intemperatam abfit, l. 1. pr. l. 2. pr. l. 38. §. 1. ff. eod.

XXII. *Voluntaria Laudabilis* est, quando quis abest ex causa, singulari favore digna, ut Studiosus, l. 28. pr. ff. ex quib. caus. major. Auth. Habita C. ne filius pro patre.

XXIII. *Voluntaria Vituperabilis* vocatur, quæ voluptatis, otii, vel latitationis gratia, quæ alias dicitur contumacia, suscipitur; ut quando quis citatus per judicem, contumaciter non comparet in iudicio, l. 53. ff. de re judic.

XXIV. *Voluntaria Indifferens*, id est neque laude, neque pœna digna, est, quando quis sui commodi causa abest; ut mercator alienas terras visitans, l. 42. ff. ex quib. caus. major.

XXV. Reipublicæ causa absentibus, tam res usucapione amissa, quam actio præscripta restituitur, l. 1. §. 1. ff. ex quib. caus. major. Matth. Wesenbec. in Parat. ff. d. t. num. 4. Jure ff. intra annum utilem d. l. 1. §. 1. Jure verò novo Codicis intra quadriennium continuum; quod tamen non à tempore læsio-

re lationis, sed à die cessantis absentiae currere incipit, *l. fin. C. de temp. in integr. restit.* ibique Gothofr. *in not. margin. lit. I.* Schnobel. *disp. pand. 4. th. 7.* Sive procuratorem relictum, sive non *l. 26. §. ult. ff. ex quib. caus. maj.* Si autem procurator relictus in iudicio absentes non legitime defenderit, restituuntur ad totam causam; si verò absentes legitime fuerint defensi, restituuntur tantum ad interponendam appellationem à procuratore omissam. *l. fin. ff. de in integr. restit.* & ibi Brunnem. *n. 4.* Sfortia Odd. *de Restit. in Integr. p. 1. quest. 29. art. 2. 3. 4. n. 16.*

XXVI. Reipublicae causa absentes non tantum in iis restituuntur ubi damnum fecerunt, verum & ubi lucrati non sunt. *l. 17. §. 1. l. 27. l. 43. ff. ex quib. caus. maj.* Quod tamen verum, si sine alterius damno (ut: si locupletam hereditatem ob absentiam amiserunt) lucrari non potuerunt, non cum lucri faciendi causa ex alterius poena, vel damno (ut: si rem alterius usucapiunt, vel in poenam alterius quid ulterioris causa petunt, ut ob injuriam) auxilium sibi impertiri desiderant. *l. 18. ff. eod.* Tiraquell. *de Retr. Consang. §. 35. gloss. 2. num. 10. & seqq.* Brunnem. *ad d. l. 43.*

XXVII. Absentes legationis causa, sive sint legati Urbis Romanae, sive municipiorum, fruuntur beneficio Restitutionis in Integrum, *l. 8. l. 26. §. fin. l. 42. ff. ex quib. caus. major. l. 1. C. eod.* Licet enim, cum dicitur Reipubl. causa abesse, intelligatur Respublica Romana, & nulla praeterea alia Civitas *l. 15. & 16. ff. de V. S.* cum civitates sint loco privatorum *cit. l. 16.* Tamen Restitutio in Integrum habet locum, quando quis abest causa alterius civitatis. *d. 11.* Idque ex clausula generali: *Si qua mihi alia justa causa videbitur. l. 1. §. 1. ff. ex quib. caus. major.* Quotiescunque enim aequitas suggerit, concedi restitutionem in integrum, extra casus positos in Edicto Praetoris, tunc ex illa clausula generali concedenda est,

da est, *d. l. i. §. i. Schneidevv. ad §. rursus. num. si. & seqq. Inst. de action.* Nisi sui lucri causa procuraverint legationem; nam tunc non restituuntur. *l. 36. l. 42. ff. eod. ibique Brunnem. Schneidevv. ad d. §. n. 37.*

XXVIII. Absentia affectata Reipublicæ causa, ut si quis ultra constitutum tempus, vel finito officio, cui præfuit, absit, absenti non prodest, adeoque nec restitutionem dat, *l. 4. l. 5. l. 37. l. 38. ff. ex quib. caus. maj.* Affectatum enim munus nemini prodest, *l. 2. §. fin. ff. si quis caut. Hilliger. in Donell. l. 21. c. 5. lit. G. Henr. Zoef. ad ff. tit. ex quib. caus. maj. n. 5.* computanda tamen illi tempora, quibus reverti in urbem potuit, *l. 38. §. i. ff. d. t. videlicet 20. milliaria Italica pro quolibet die d. l. 38. l. i. ff. si quis caution. & l. 3. ff. de V. S.* Et mille passus faciunt unum milliare Italicum, Secund. gl. *in d. l. 3. & in l. mille passus de V. S.* Quinque verò pedes faciunt unum passum, sec. gl. *in cit. l. 3. in verb. passuum.* Pes verò dicitur 15. digitorum, secund. gl. & Dd. *in d. l. i. Schneidevv. ad §. rursus Inst. de actionib.* Faciet tamen infirmitas, tempestas, vel alia justa causa, qua continuatio itineris impeditur, tempus illud non currere. Zoef. *d. l. Sfort. Odd. de Restitut. p. i. q. 27. art. 3. n. 28.*

XXIX. Milites læsi ratione absentia, ex causa militiae restitutionem merentur, *tit. C. de restit. milit.* quia Reipubl. causa absunt, *l. 3. C. eod. Wesenbec. in Parat. C. d. t.* Ita tamen, si in expeditionibus occupati sint: nam citra eas in ædibus suis degentes, non restituuntur, quia sola militia non est causa restitutionis, sed expeditio actualis, *l. fin. C. eod.* Nisi Romæ militent & sub signis sint *l. 7. ff. ex quib. caus. maj. Odd. de Restit. p. i. q. 6. art. 4. Lauterb. in Colleg. Theor. Pract. ad ff. tit. ex quib. caus. maj. §. 8.* quia etiam Romæ in castris agunt, & in ea sunt conditione, ut quolibet momento proficisci eos oporteat, & ita destinatione animi, absentes

sententia intelliguntur. Zoef. in Comment. ff. all. t. num. 2.

XXX. Mulieres quamvis non absint Reipubl. causa, quia munera Reipubl. publica non sustinent, l. 2. ff. de R. J. tamen quæ cum maritis Reip. ut militiae causa absentibus, peregrinantur & absunt, iis ad exemplum militum, & absentium Reip. causa, subveniri solet, tot. tit. C. de uxorb. milit. absentia enim uxorum, ob virorum militiam, vel administrationem provinciae, aliamque causam publicam, est necessaria, cum maritum jubentem uxor sequi teneatur. Odd. p. 1. q. 6. art. 8. Struv. Exercit. 8. th. 73. Lauterb. in Colleg. Theor. Pract. ad ff. tit. ex quib. caus. major. §. 14.

XXXI. Qui dolò seu malitiosè absunt, restitutionem non merentur, l. 37. in fin. ff. de minorib. l. 2. §. 8. ff. si quis cant. in jud. sist. caus. fact. non enim negligentibus, & delinquentibus subvenitur, sed necessitate rerum impeditis, l. 16. l. 17. ff. de R. J. Odd. p. 1. q. 7. art. 15. Mynsing. ad §. rursus Inst. de Action. n. 25. Eckholt. ad d. t. ex quib. caus. §. 6. Struv. Jurispr. For. lib. 3. tit. 22. aph. 21.

XXXII. Absens ob metum non supervacuum restituitur l. 2. §. 1. ff. ex quib. caus. major. Videtur autem metus causa abesse, qui iusto timore mortis, vel cruciatus corporis conterritus abest, cujus rei disquisitio est penes judicem. l. 3. ff. eod. Wesenbec. in Parat. ff. d. t. n. 4. Odd. de Restit. p. 1. q. 7. art. 9. Gail. 2. observ. 93. num. 7. Metus autem absentem excusat quamdiu durat, & durare dicitur quamdiu causa timoris, Bald. in l. 2. num. 10. C. quod met. caus. & in l. 2. C. de his, qui per met. jud. non appell.

XXXIII. Absentia imposita ob delictum (ut est in absentibus causa relegationis, sive exilii) tunc locum facit restitutioni, si ita absentes procuratorem constituere, vel invenire non potuerint, vel per procuratorem relictum defensi non fuerint, & damnum ab ipso recuperare non potue-

B

rint,

rint, l. 26. §. 1. ff. ex quib. caus. major. Schneidevv. ad §. rursus. Inst. de Action. n. 35. Oldendorp. class. 6. act. 9. q. 3. Eckholt. in Comment. ff. d. t. §. 5. Struv. Ex. 8. th. 73.

XXXIV. Absentibus studiorum causa (quæ justissima. Auth. Habita. C. ne filius pro patre, & quoad munera personalia durat ad vicesimum quintum annum, l. 1. l. 2. C. qui etate vel professione.) conceditur restitutio. l. nec non. 28. ff. ex quib. caus. maj. Eckholt. ad d. t. §. 4. quia fortè procurator mortuus, d. l. 28. ex quo tamen non probatur, mittendum fuisse procuratorem. Struv. S. F. C. Exerc. 8. th. 73. Odd. de Restitution. p. 1. quest. 30. art. 3. num. II.

XXXV. Absentia mercaturæ, vel negotiorum causa restitutionem simpliciter non tribuit, sed certis solum casibus, si scilicet absens non potuit relinquere procuratorem, vel reliquit quidem, sed per illum non fuit defensus, nec damnum ab eo consequi potest, l. 36. & l. 42. ff. ex quib. caus. major. Odd. part. 1. q. 7. art. 16. Frantzk. in Comm. ad d. tit. n. 18. Bessel. disp. Pand. 8. th. 9. Lauterb. in Colleg. ff. §. 14. in fin. eod. Mercator autem, qui annonam ex jussu superioris importat, simpliciter & indistinctè restituitur, Reipubl. enim causa abesse dicitur, l. 5. §. 3. ff. de jure immunit. Lauterb. d. t. §. 10.

XXXVI. Non solum absentibus (sive in judicio sive extra judicium læsis l. 1. pr. l. 18. l. 21. l. 23. l. 27. l. 29. ff. ex quib. caus. maj.) sed etiam eorum hæredibus beneficium restitutionis in integrum (contra eum, in cujus persona læsio contigit, & contra hæredem ejus, l. 30. eod.) conceditur, l. 6. ff. de in integr. restit. l. 1. C. de restit. milit. Schneidevv. ad §. rursus. Inst. de Action. n. 19. & 20. Zoel. ad tit. ex quib. caus. maj. n. 16.

XXXVII. Præsens læsus restitutionem in integrum contra absentem impetrare potest, l. 21. ff. ex quib. caus. maj. §. rursus.

rursus. s. Inst. de Action. Et hoc casu quaelibet absentia causa, etiam injustissima, admittitur *d. l. 21. §. 1. l. 22. §. 1. & 2. ff. eod.* Non enim quoad jus presentis interest, per qualem absentiam adversarii, justam an injustam, facultate conveniendi caruerit. *Mynfinger. ad d. §. rursus. n. 12. & 13. Wese- bec. in Parat. ff. d. t. n. 6.* Sed hoc tantum consideratur, An presentis habuerit, quem in absentia adversarii convenire potuisset. Si enim absens domi reliquerit consanguineos, procuratorem, vel alium defensorem contra quem presentis agere potuisset, nullus restitutionis color pretendi potest, *cit. l. 21. pr. & §. 2. l. 22. l. 39. ff. d. t. Odd. p. 1. q. 12. art. 7. & 8.* Jure novo aliud remedium proditum est; Potest enim presentis Praesidem, Episcopum vel Defensorem Civitatis, porrecto libello adire, vel illis absentibus publice & testato libellum proponere & de possessoris absentia queri: qui modus dat plenissimam interpellationem. *l. 2. C. de annali except. Bachov. in Treutl. vol. 1. disp. II. th. 17. lit. A. Eckholt. ad d. t. ex quib. caus. maj. Brunnem. ad cit. l. 2.*

XXXVIII. Absenti Reipubl. causa contra absentem eadem ex causa, si aliquid damni juste queritur, restitutio competit, *l. fin. ff. ex quib. caus. maj. Mynfinger. ad §. rursus. Inst. de Action. n. 37. Struv. S. F. C. Exerc. 8. th. 28.* Privilegiatus enim contra alium privilegiatum uti potest privilegio, quando alter tractat de damno vitando, alter vero de lucro captando, *l. II. §. 6. ff. de minorib. Menoch. lib. 4. pres. 189. n. 124. Carpzov. lib. 2. Resp. 37. n. 8.*

XXXIX. Pactum inter absentes, per nuntium vel epistolam iniri potest, *l. 2. ff. de pact. l. 14. §. 3. ff. de constit. pecun. Weseb. in Parat. ff. de pact. num. 7. Schotan. in Exam. jurid. part. 1. tit. 14. p. m. 134.* Non potest tamen Notarius aut Procurator pro absente absque mandato pacisci; cum alteri nemo possit pacisci aut stipulari, *arg. l. 17. §. 4. ff. de*

paët. l. 83. §. fin. de R. J. nisi vel ejus potestati sit subjectus, §. 4. de inut. stipul. l. 38. §. 17. ff. de V. O. vel mandatum habeat speciale, vel generale l. 12. ff. de paët. Hahn. ad VVesenbec. d. t. num. 7.

XL. Ob absentiam Advocati non retractatur sententia *l. 4. C. de postuland.* & ibi Gothofred. quia tamen absentia Advocati est justa causa petendæ dilationis, & contumaciæ purgandæ *l. 15. ff. ex quib. caus. major.* igitur per indirectum sententiam in contumaciam fortè latam quis impugnare potest. *Carpzov. p. 1. Jurispr. const. 9. def. 9.*

XLI. Emancipatus filius non potest absentia velamento bonorum possessionem semel repudiatam denuò agnoscere *l. 1. Cod. de repud. bonor. possess.* & ibi Brunnem.

XLII. Clientibus absentibus non præjudicant ea, quæ Advocati vel confessi sunt vel proposuerunt, modò error demonstretur; quia non possunt videri approbasse factum Advocati, *H. Zoef. in Comm. Dig. de postuland. num. 10.*

XLIII. Advocati à loco Judicii absentes, ultra biennium continuum sine comœatu vel ultra quinquennium cum comœatu, togatorum nomen amittunt, & è matricula delentur, *l. 9. C. de Advocat. div. jud. ibique Perez. num. 10.*

XLIV. Absens Procurator dari potest, *l. 1. in fin. ff. de Procurat.* solo quippe consensu constituitur, *l. 1. pr. ff. mandat.* Quæ autem sunt illius generis, illa etiam inter absentes per nuntium aut epistolam rectè peraguntur, *l. 2. ff. de paët. l. 1. in fin. ff. de contrah. empt.* *Brunn. in Comm. ad l. 1. ff. de Procurat. Zoef. in Comm. Dig. eod. num. 8.* Non autem consensus absentis acceptance literarum, quarum contenta fortè ignorabat, probatur, *Schnobel. disput. Pand. 10. th. 25.* sed factum aliquod intercedere debet, unde consensus eliciatur, ut si sciat se absentem datum, nec contradicat, vel postquam contenta literarum scire cœpit, acquiescat, *arg.*

arg. l. 18. ff. mand. l. 8. §. 1. ff. de Procurat. Bachov. ad VVesen-
bec. eod. num. 4.

XLV. Nemo invitus procuracionem causarum pro absen-
te suscipere compellitur, l. 17. C. de Procurat. Quamvis ho-
diè in Camera Procuratores ad causas suscipiendas cogan-
tur. juxta Ordinat. part. 1. tit. 19. §. 5. Gail. lib. 1. obs. 43. num.
6. & seqq. Idem de aliis, illis in locis ubi certi ordinarii que
sunt Procuratores, dicendum. Hahn. in not. ad VVesenbec.
tit. de Procurat. n. 4. Possunt tamen ob justas & legitimas
causas se apud judicem excusare. Mynsing. Cent. 4. Obs. 32.

XLVI. Non admittitur ad agendum absentis nomine,
qui eum defendere recusat, l. 15. in fin. l. 43. §. 4. ff. de Pro-
curat. l. 5. C. eod. l. un. C. de satisd. Hinc Procurator (de Jur.
Civ. secus de moribus Struv. Exerc. 7. thes. 35.) debet satis-
dare de actore defendendo in reconventionem l. 33. §. 3. ff. de
Procurat. quam tamen cautionem præstat, non quatenus A-
ctoris, sed reconventi, & sic Rei Procurator. Bachov. in
Trentler. vol. 1. disp. 5. th. 4.

XLVII. Pro marito absente uxor agere vel appellare non
potest: quia scemina nisi in rem suam procuratrices esse ne-
queunt, l. quia absente. 4. C. de Procurat. Nisi pro liberta-
te mariti agat, l. 3. ff. de liberal. caus. aut pro liberando ma-
rito captivo; quia carcer est species servitutis. l. 2. ff. de lib.
hom. exhib. l. Titio. §. 2. ff. de condit. & demonstrat. Gail. lib.
1. obs. 133. num. 8.

XLVIII. Absentiæ causæ per Procuratorem seu Defen-
sorem in criminalibus allegari possunt, ut si justæ videantur,
differatur judicium, l. 71. ff. de Procurat. l. pen. §. 5. ff. de
publ. jud. Menoch. conf. 715. n. 7. Gail. de P. P. lib. 1. cap. 10.
n. 15. Carpzov. prax. crim. part. 3. quæst. 105. n. 64. Imò ubi
ex jure communi vel statuto aliquis absens ceu confessus
condemnari potest, admittitur defensor, qui, ne absens in-

nocens damnetur, velit ejus innocentiam ostendere. *l. 33. §. 2. ff. de Procurat. l. 3. C. de accusat.* Hahn. *ad VVesenb. in Parat. Dig. de Procur. n. 5.* Schvvendendorffer. *in not. ad Eckholt. eod. §. 9.* Lyncker. *in Analect. ad Synt. Jur. Civ. Struvii d. r. p. m. 71.*

XLIX. Defensor qui lite suscepta alium absentem defendit, non potest recuperare expensas, si succumbat, *l. 5. §. 6. ff. judicatum solvi.* nam qui defensionem alterius suscepit, scire debebat posse aliquem sub justo clypeo succumbere, & ideo non debuisse temerè se liti ingerere; si autem obtinuerit, expensas repetit, quia hoc mandatum videbatur. *cit. leg. 5. §. 6. in fin. & ibi Gothofr. lit. C.*

L. Negotiorum absentis & ignorantis gestor regulariter, & ex natura hujus quasi contractus, de dolo & culpa, etiam levissima tenetur, *l. II. l. 6. §. fin. l. 32. ff. de neg. gest. §. 1. Inst. de oblig. qua ex quasi contr. l. 1. §. 4. ff. de O. & A. l. 25. §. 16. ff. famil. ercisc.* ubi dicitur, quod cohæres talem diligentiam præstare debeat, qualem in rebus suis (quæ culpa levis est) atque ideo non dari actionem negotiorum gestorum: Aut igitur actio negotiorum gestorum culpam levem non continet, quod legibus repugnat; Aut etiam levissimam. Bachov. & Hahn. *in not. ad VVesenbec. tit. de neg. gest. n. 10.* Vinn. *ad §. 1. Inst. de oblig. qua ex quasi contr. n. 2.*

LI. Negotiorum gestor dolum malum duntaxat & latam culpam præstat, si aggrediatur negotia absentis neglecta, quæ alius gesturus non erat; & iis non gestis Dominus absens damnum erat passurus, *l. ait Prator. 3. §. 9. ff. de negot. gest. Bessel. vol. 1. disp. Pand. 7. th. 4.* Mynsing. *ad princ. Inst. de oblig. qua ex quasi contr. nasc. n. 14.* Struv. *Jurispr. Forens. lib. 3. tit. 18. aph. 6.* Vinn. *ad §. 1. Inst. d. 1.*

LII. Casum fortuitum gestor præstare tenetur, si negotium periculi plenum, quod non sit solitus absens facere, ejus

eius nomine gerat, *l. si negotia ii. ff. de neg. gest.* Schneide-
vvin. *ad §. actionum. 28. Inst. de Action. Rubr. de act. negot.*
gest. n. 21. Brunnem. in Comm. ad l. 22. C. de neg. gest. Quod
si in quibusdam lucrum factum fuerit, in quibusdam da-
mnum, absens compensare lucrum cum damno debet. *d. l.*
ii. ff. de neg. gest. ibique Brunnem. n. 2.

LIII. Quando Medicus curat absentis servum, licet ser-
vus moriatur, tamen Medico actio negotiorum gestorum
competit. *l. sed an ultrò. 10. ff. de neg. gest.* Incepit enim uti-
liter gerere; quando autem bona fuit intentio à principio,
tunc non eventum, sed principium considerandum. *Gail.*
lib. 2. obs. 8. n. 3. Neque est in Medico semper relevetur ut
æger, ut est gloss. *in l. illicitas. §. sicut. ff. de offic. Præsid.*
Schneidevv. ad §. actionum Inst. de Action.

LIV. Absenti currit biennium continuum, actioni de do-
lo hodiè præscriptum, *l. optimum diximus. ult. C. de dolo mal.*
Hahn. in not. ad Vvesenbec. eod. num. 8. quod tamen tempus
Reipubl: causa absenti non nocet, *l. non possunt. 3. C. d. t. &*
ibi Gothofr. in not. margin. lit. C. Hillig. in Donell. lib. 15. c.
40. lit. K. Mejer. in Colleg. Argent. eod. th. 59.

LV. Laudum seu arbitrium absente parte latum (nisi a-
liud actum) non valet, *l. 27. §. 4. ff. de recept. qui arbitr.*
Struv. Synt. Iur. Civ. Exerc. 8. th. 102. Potest autem contra
absentem ex stipulatione pœnali ad pœnam agi, ac si arbi-
trio parere non vellet: quia per eum factum est, quo minùs
arbitretur, *d. l. 27. & l. 2. C. eod.* Schotan. *in Exam. juridic.*
part. 1. tit. 8. Nisi absens iusta de causa impeditus sit, v. gr.
adversa valetudine; nam hoc casu exceptione defenditur,
si res dubia sit: aut si impedimentum notorium, denegatur
actio, si modo impeditus paratus sit, in eundem Arbitrum
compromittere, *l. 21. §. 9. ff. cit. tit. Brunnem. h.*

LVI. Absens in loco Domicilii Habitationis forum ser-
titur,

titur, l. 4. §. Prætor ait. ff. de dam. infect. cap. causam. extr. de dolo & contum. Gail. 2. obs. 36. n. 12. Etiam ratione delicti, Carpzov. in Pract. Criminal. part. 3. quest. 110. n. 12. Nicol. in Processu part. 1. cap. 19. n. 18. Non verò in loco Domicilii Naturalis seu Originarii, Matth. de Afflict. decis. 384. Johan. Zanger. in Tr. de Except. part. 2. cap. 1. n. 74.

LVII. Absens in loco Contractus aut destinatæ solutionis conveniri non potest. c. Romana. 1. §. contrahentes. x. de foro compet. Wesenb: in Parat. ff. de judic. n. 16. Matth: Coler: in Process. executiv. part. 2. cap. 1. n. 44. Schnobel: disp. pandect. 5. th. 9. Struv: Jurispr. For. lib. 4. tit. 5. aph. 6. Certis tamen in casibus conveniri quandoque potest Reus in loco contractus etiam ibidem non repertus: (1) Si bona ibidem possideat; & pergulam, tabernam, armarium vel officinam habeat. (2) Si Antecessor defunctus iudicium eodem in loco susceperit, aut litem fuerit contestatus, Zanger: de except. part. 2. cap. 1. n. 120. & seqq. Hilliger: in Donell. Enucl. lib. 17. cap. 14. lit. F. Coler. d. l. n. 46.

LVIII. Reus absens sortitur forum in loco Delicti perpetrati, l. 3. ff. de re milit. l. 28. §. 15. ff. de pæn. l. 7. §. 4. l. fin. ff. de accusat. Novell. 60. cap. 1. c. fin. de foro compet. c. an si peccaverit. 2. q. 1. Hahn: in not. ad Wesenbec. tit. de jud. n. 16. Carpzov. Prax. Crim. part. 3. q. 110. num. 45. & seqq. Brunnem: ad l. 3. ff. de offic. Præs. n. 4. Ideò remittendus est ad locum delicti, Nov. 134. cap. 4. & 5. cap. 1. extr. de raptor. Joh: Zanger: de Except. part. 2. cap. 1. n. 247. Farin: in prax. crim. quest. 7. n. 19. & seqq. quia plus solatii accedit læsis isto crimine, si in eorum conspectu & in loco delicti commissi vindicta de fontibus sumatur, d. l. 28. §. pen. ff. de pæn. Wesenbec: in Parat. ff. de accusat. n. 7. Quamvis autem Remissio delinquentis hodiè sit arbitraria, ideoque non aliter fieri soleat quam precariò & ex urbanitate, vel sub literis
reversa-

reversalibus, Gail: *de pac. publ. cap. 17. num. 30.* Attamen & hodiè necessitatis est, si in loco delicti, inquisitio formata & sententia jam lata, iisque peractis reus aufugiat, Richter: *decis. 15. num. 6.*

LIX. In loco Rei sitæ absens conveniri potest, *l. fin. C. ubi in rem act. l. un. C. ubi de possess. l. un. C. de hered. c. fin. de foro compet.* Zoef. *in Comm. ff. de judic. n. 76.* Struv: *Synt. Jur. Civ. Exerc. 9. th. 49.* Res sit mobilis, an immobilis non interest, *d. l. fin. l. 24. §. ult. l. 38. ff. de jud.* Hahn: *ad VVesenb. eod. num. 16.* Brunnem: *ad cit. l. fin.* Modò de re ipsa per se agatur, vel ratione possessionis, adip. retin. vel recuperandæ, *d. l. un. C. ubi de possess.* vel juris in re alterius, iudicio petitorio, seu actione reali, *l. 38. ff. de jud.* Hahn: *d. l.*

LX. Administrator absens in loco gestæ administrationis conveniri potest, *l. 1. C. ubi de ratiocin. tam publ. quàm privat.* Ernest: Cothmann: *vol. 3. resp. 8. n. 29. & 30.* Herm: Vultej: *ad d. l. 1. num. 5.* quia in loco administrationis faciliùs & plenius tam per testes, quàm per instrumenta veritas inveniri potest, *l. 2. in fin. C. eod.* Fallit tamen hoc interdum ex peculiaribus circumstantiis loci vel personæ, cui ratio reddenda; puta si is ex Magnatibus sit, & alibi habitet, Menoch: *de arbitr. jud. quest. cas. 468. n. 2. & seqq.* Modò non habitet in peculiari fortalitio, ubi metus oppressionis administratori inferri probabiliter possit. Munotz. de Escobar: *de ratiocin. cap. 7. n. 3.*

LXI. Arrestum contra absentem debitorem concedi potest, Gothofr: Fibig: *in Process. memb. 2. sect. 2. §. 1. p. m. 116. & 118.* Struv: *Synt. Jur. Civ. Exerc. 9. th. 42.* Necessè autem est, ut in arresti renovatione citatio debitoris absentis impetretur; aliàs non subsistit, nec ullum jus reale aut prioritatis Creditori tribuit, Dan: Moller: *ad Constit. Elect. 29. part. 1. num. 1.* Struv: *Jurispr. For. lib. 4. tit. 16. aph. 6.*

C

LXII. Ser-

LXII. Servitutes non utendo viginti annis inter absentes amittuntur, *l. 13. C. de Servit. & aqua.* Struv: *Jurispr. For. lib. 2. tit. 8. aph. 4.* Sive sint continuæ seu quotidianæ, sive discontinuæ seu intervalla habentes, *l. fin. C. de Servitut.* Schneidevv: *ad th. fin. Inst. de servit. rust. & urb. præd. n. 20.* Hahn: *ad VVesembec. tit. quemad. servit. amitt. n. 6.* Brunne- man: *ad l. 7. ff. eod.* Struv: *Synt. Jur. Civ. Exerc. 13. thes. 57.* Cur autem servitutes discontinuæ, seu non quotidianæ, non acquirantur nisi tempore immemoriali, & tamen amittan- tur vicennio, ratio non ita est difficilis; cum facilius in jure sit fundum servientem liberari, quam libero servitutem im- poni, *arg. l. 47. ff. de O. & A.* Hahn: *all. loc.* Est tamen dif- ferentia inter servitutes rusticas & urbanas: rusticæ enim so- lo non usu tolluntur. *l. 10. §. 1. ff. quem. servit. amitt.* Urbanæ verò non aliter amittuntur, quam si quid contra sit factum: ut si jus immittendi habeam, & exemero tignum, non ali- ter tolletur, quam si foramen sit obstructum. *l. 6. ff. de servit. præd. urban.* Struv: *d. Ex. th. 58.* Harpr: *§. ult. Inst. de servit. num. 34. & seqq.*

LXIII. Præsentium cohæredum divisio absenti & igno- ranti nullum creat præjudicium, sed absens portionem suam ipso jure retinet, & eam cum fructibus actione famil: erci- scundæ petere potest, *l. 44. §. 2. ff. famil. ercisc. l. 17. C. eod.* Giphan: *in l. 18. C. h. t.* petitò tamen absenti à Magistratu curatore, cohæredes præsentis hæreditatem dividere pos- sunt, *Mev: p. 4. dec. 398.* sed si id non sit factum, divisio non est tota inutilis ac nulla, sed tantum quoad absentem, *Brunnem: ad d. l. 17.* Ad divisionem hæreditatis vel unus hæ- redum provocare potest, cæteris reluctantis, *l. 43. ff. d. t.* Giphan. *ad cit. l. 18. C. eod.* *Gail. 2. obs. 153. n. 9. & 11.*

LXIV. Qui studiorum causa absunt pro præsentibus in loco originis vel domicilii habentur & gaudent commodis & pri-

& privilegiis eorum, qui praesentes sunt, *l. 78. ff. de leg. 3. l. Seja. §. Phamphila. ff. de fundo instructo & c. tua & c. relatum de cleric. non resident. c. cum ex eo. de Elect. lib. 6.* Petr: Gregor: Tholozan. *Tr. de Republica tom. 1. lib. 18. n. 3.* Menoch. *Conf. 282. num. 8.* Gothofr: *in not. marg. ad cit. l. 78. lit. B.*

LXV. Qui absentis nomine alicui mutuo pecuniam dat, ipsi absenti non donare praesumitur, Alex: *in l. certi conditio. §. si nummos. ff. de reb. cred.* Socinus *in d. §. si nummos num. 6.* Etenim donatio, ubi alia conjectura sumi potest, non praesumitur, *l. cum de indebito, in pr. ff. de donat.* jam vero conjectura sumi hic potest, quod mutuans voluerit conficere absentis negotium, sicque ejus nomine mutuo dare. Et gerens negotium nomine alterius, illi donare non praesumitur. Bart: *in l. qua dotis. ff. solut. matr.*

LXI. Qui suam pecuniam, absentis nomine, mutuo dat, absenti acquirit conditionem. *l. 2. §. pen. l. 9. §. 8. ff. de reb. cred. l. 2. C. per quas person. l. 126. §. 2. vers. Superest. ff. de V. O.* Struv: *Synt. Jur. Civ. Exerc. 16. th. 13.* Licet enim alterius nomine inutiliter stipulemur, non tamen inutiliter credimus. Zoef: *ad d. t. de reb. cred. num. 15.* & hoc propter frequentiam mutui ex utilitate receptum est. Zasius *in d. l. 9. ff. eod. num. 11. & seq.*

LXVII. Absenti & ab absente jurisjurandi gratia per epistolam fieri potest, *l. Labeo. penult. ff. de jurejurand.* ibique Gothofred: *in not. margin. lit. M.* Georg: Acac: Liber Baro ab Enenckel: *Tr. de Privileg. lib. 2. cap. 6. num. 23.*

LXVIII. Absentes Juramentum Calumniae per Procuratorem, specialiter tamen ad jurandum legitimatum, praestare possunt, Ayrer: *in Process. jur. cap. 11. obs. 2. num. 6.* qui Procurator in suam propriam & Domini animam jurare cogitur. *c. 2. §. 1. extr. de jurament. calumn. in 6.* quoniam Pro-

curator non minus quàm principalis ipse calumniari potest, causam injustam sciens defendendo *l. 12. §. patrem autem C. de jud. Strijk. in Introd. ad Prax. Forens. cap. 12. §. 7. Brunnem: in Process. Civil. cap. 15. n. 7.*

LXIX. Ob absentiam, is, qui jurare debet, alibi ad jurandum admittitur, ubi deferens Procuratorem constituere & subsidiales ad Magistratum loci, ubi juraturus degit, impetrare debet, *Nov. 124. c. 1. l. si autem abesse partes. Schar Schmid: Exerc. 21. §. 34.*

LXX. Absentes per nuntium, vel epistolam constituere possunt. *l. qui autem. 14. §. constituere 3. l. utrum presente. 27. ff. de constit. pecun.* Constitutum namque fit per nudum pactum *all. l. 14.* si enim per stipulationem facta esset obligatio, daretur ordinarium remedium, nempe civilis actio, ut condictio certi, vel actio ex stipulatu. *pr. Inst. de verb. obligat. Schneidevv: ad §. de constituta. 9. Inst. de Action.*

LXXI. SCtum Macedonianum locum non habet, si filiusfam: studiorum vel legationis causa absens sit, eique ad necessarios sumptus, quos patris pietas non recusaret, pecunia credita sit, *l. 7. §. 13. ff. de SCto Macedon. l. 5. C. eod. Menoch: lib. 3. pres. 68. num. 3. Pinell. ad l. 1. C. de bon. mat. p. 1. n. 55. Tholozan: Tr. de Republica. lib. 18. num. 13.* Modò non invito patre absit: Neque enim pater cogi potest, ut filium mittat in Academias Studiorum causa, cum & aliæ artes honestæ sint, licet literarum cognitio eas antecellat & laudabilior sit; unde si filiosfam: subministret creditor sumptus, ubi pater non vult, juvari SCto debet, Paul: de Castr: *in l. 5. C. ad Senat. Maced.* Si tamen pater semel filium ad studia miserit, & hic aptus ad studia, cogendus est pater sumptus suppeditare & mutuum ob id contractum solvere. P. Barbosa *in l. 1. part. 7. n. 26. ff. sol. mat.*

LXXII. Procurator absentis compensatione ejus debiti, quo

quo creditor Domino suo obstrictus est, etiam absque cautione rati, uti potest, *l. 21. ff. de compens.* Tyndarus *in tract. de Compensat. art. 7. num. 6.* Sebast: Medic: *eod. tract. p. 2. quest. 13.* Duaren: *ad tit. de compens. c. 1. in fin.* Frantzk: *1. resol. 13. num. 17.* Brunnem: *ad l. 9. C. eod.* nam compensatio à Procuratore absentis objecta, retrò valet ab initio concursus utriusque debiti, *l. 11. ff. & l. 10. C. d. t.* Donell: *lib. 16. c. 15. lit. F.* Suo verò nomine non compensat, nec patietur compensationem, *d. l. 9. l. pen. ff. h.* Brunnem: *all. loco.*

LXXIII. Qui pro absente fidejussit, non mandati, sed negotiorum gestorum actionem habet, quia non antecessit mandatum *l. 20. §. 1. ff. mandat.* Secus si antecesserit, *l. 32. ff. eod.* Menoch: *lib. 1. A. 2. quest. 69. num. 27.* Si verò, mandatu alieno, pro absente fidejusserit, actio mandati contra mandantem competit. *l. 21. ff. h. t.* Manzius *de Fidejussorib. c. 7. num. 43.*

LXXIV. Societas inter absentes contrahi potest, *l. Societatem. 4. ff. pro socio. l. 2. §. 2. ff. de oblig. & action.* Matth: Wesenbec: *in Parat. ff. d. t. num. 4.* Ludov: Rom: *Cons. 291.* refertur quippe inter contractus consensuales, *pr. Instit. de obligat. quæ ex cons. l. 19. l. 37. ff. pro socio.* Eckholt. *in Comm. Digest. h. t. §. 3.*

LXXV. Absentia diuturna justa causa est dissolvendæ ante tempus societatis, si qui abfuturus est, societatis negotia per alium æquè ac commodè administrare non possit. *l. 16. pr. ff. pro socio.* Mantic: *de tac. & amb. convent. lib. 6. tit. 23.* Bus: *ad cit. l. 16.*

LXXVI. Renunciatio socio absenti facta renuncianti statim nocet, alteri verò demum, postquam in notitiam pervenerit. Exinde renuncians quicquid ex causa societatis acquisiverit, in commune debet conferre, & dispendium solus fert, quod autem absens acquirit, ad ipsum solum

pertinet, & damnum commune est, *l. 17. §. 1. ff. pro socio.*
Mant: de tac. & amb. convent. l. 6. tit. 23. num. 24. *Zoef: in*
Comm. Dig. d. t. num. 29.

LXXVII. Emptio & venditio inter absentes, per nun-
 cium aut literas, celebrata subsistit, *l. 1. in fin. ff. de contrah.*
empt. l. 2. §. 1. & 2. ff. de oblig. & action. l. ult. C. si quis al-
teri vel sibi. ibique Gothofred: in not. marg. lit. A. Wesenb:
in Parat. ff. de contrah. empt. n. 9. *Duaren: ad l. 26. ff. de V. O.*
 Nuda enim voluntate contrahitur, *l. 1. §. 2. de rer. permut.*
 id est nudo, sive solo consensu, *d. l. 1. §. 2. ff. de contr. empt.*
Eckholt: in Comm. Dig. eod. §. 2.

LXXVIII. Præscriptio retractus legalis contra absentem
 non currit, *Berlich: part. 2. concl. 10. n. 1. & seqq.* *Moller: ad*
Const. Sax. p. 2. c. 32. n. 11. Modò revera illa absentia sit cum
 ignorantia conjuncta, *Tiraquell: de Retract. lign. §. 35. gl. 3.*
num. 1. Aliàs currit, sed cum spe restitutionis in integrum,
 si impedimentum interrumpendi hanc præscriptionem fue-
 rit probatum, *Gail: lib. 2. obs. 19.* *Strijk: in Tr. de Success. ab*
Intest. disp. 6. cap. 4. §. 54.

LXXIX. Quando ob absentiam debitoris, in locis diffi-
 tis forsitan subsistentis, actio cedenti inutilis, cessionario
 verò utilis esse potest, tunc cessio pro minore pretio facta
 valet. *Frantzk: lib. 1. Resol. 8. n. 45.* *Berlich: decis. 33. num. 18.*
 Neutiquam enim existimandum est, Lege Anastasianâ o-
 mnes indifferenter prohiberi cessiones; quod esset contra
 totum titulum *ff. & Cod. de hered. vel act. vend.* Sed pro-
 hibitio cessionis actionum, ad eum duntaxat restringenda
 est casum, quo fuerit suscepta ex causa vexandi debitorem,
 prout redditur manifestum ex verbis Anastasii Imperat: *in*
l. 22. ibi: hocque modo diversis personas litigatorum vexatio-
nibus afficere. C. mandati. Quare si justâ ex causâ, non ani-
 mo vexandi debitorem fiat cessio, quin subsistat, dubitan-
 dum

dum haut erit. Menoch: *lib. 3. pras. 129. num. 16.*

LXXX. Absentes locare & conducere possunt, §. 2. *Inst. de obligat. ex conf. l. 2. §. 2. ff. de obligat. & actionib.* quia solo consensu constat hic contractus, qui consensus inter absentes per nuntium aut epistolam exprimi potest, *d. l. 2. pr. ff. de O. & A. Zoel: in Comm. Dig. locati. num. 7.*

LXXXI. Conductore diu absente & in solutione pensionis per biennium cessante, possunt domus vel horrea aperi-ri, & quæ ibi posita sunt coram publicis personis describi, *l. cum domini. 56. ff. locat.* Menoch: *A. F. Q. lib. 2. quest. 79.* Bald: *in l. ade. C. eod.* Brunnem: *in Comm. ad l. 54. ff. locati. n. 5. & ad l. cit. n. 1.*

LXXXII. Debitore longinquè absente, tertio possessori pignoris, beneficium Excussionis adversus creditorem, actione hypothecaria agentem, non competit, *Nov. 4. cap. 2.* Quo tamen casu possessor non statim litem contestari cogitur, sed petenti dilatio datur ad exhibendum reum; & non exhibito eo, tum demum accepto judico possessor restituere tenetur *d. cap. 2. & ibi Cujac: Gail: lib. 2. obs. 27. num. 7. & 35.*

LXXXIII. Absente creditore & solutionem accipere recusante pecunia consignata solenniter in judicio deponi potest, ad sistendum cursum usurarum, *l. si creditrici. 6. C. de usuris.* Quod tamen intelligendum de creditore citato, & per contumaciam absente, *l. ult. ff. de Lege Commiss. l. de unoquoque 47. ff. de re jud.* Brunneman: *ad cit. l. 6. C. de usur.*

LXXXIV. Reus citatus si causam absentia suæ morbum allegat, ceu legitimum impedimentum, non statim ei credendum, si de morbo illo liquido non constat; Sed tenetur docere morbum per literas aut testimonium Medici. Carpz: *p. 1. c. 9. def. 10.* ad purgandam quippe contumaciam non sufficit

sufficit impedimentum allegare, nisi proberetur quoque; inprimis, quia impedimentum facti est, quod non præsumitur Bart: in *l. quasitum. 60. ff. de re jud.*

LXXXV. Epistola missa ad absentem à scribente revocari potest, atque ita non obligat, antequam illi præsentata fuit. Menoch: *Conf. 296. n. 69.* Post præsentationem & acceptionem autem, si à scribente approbetur & agnoscat, contra scribentem plenè probat, *l. 26. §. ult. ff. depos.* Jacob: Bornit: *de fide Instrument. lib. 3. cap. 16.* Quod si epistola nomen tantum habeat scribentis, non verò cognomen, nihil probat, sed aliqualem præsumptionem facit. Menoch: *3. præsumpt. 66. n. 2.* Martin: Uran: *tom. 2. Conf. 73. n. 1. & 3.*

LXXXVI. Absentia non præsumitur, sed qui eam asserit, probare debet, Bald: in *l. ult. §. necessitate in fin. C. de bon. qua lib.* Menoch: *lib. 6. præf. 19. n. 6.* Unde quis absens à loco, in quo habitat, vel domicilium habet, non præsumitur *arg. l. cum quidam. ff. de leg. 2.* à communiter enim contingentibus est, ut qui habet domicilium in loco, frequentius ibi habitet, & præsens sit. argumentum autem à communiter accidentibus probabile est, *l. certi conducti. §. quoniam. ff. si cert. pet.* Meoch: *d. l. n. 5. & Conf. 361. n. 19. Conf. 491. n. 27.*

LXXXVII. Absentia in dubio, præsumitur legitima & justa; non autem ex malitia *l. si eum servum, §. ult. in pr. ff. de fideic. libert.* quia nemo præsumitur delinquere, dolumque committere, *l. merito. ff. pro socio, & l. qui dolum ff. de dolo.* Matth: de Afflict: *Tract. de Jure Prothomiseos. num. 29. p. m. 129.*

LXXXVIII. Absentiæ justa causa non reputatur, quando quis tenetur residere aliquo in loco, & absens reperitur: igitur qui justam causam allegat, eam probare debet, Menoch: *lib. 6. præf. 20. n. 3.* Quare clericus, qui in ecclesia residere

fidere debet, si abest, præsumitur per malitiam abesse. *c. ex tua, de cler. non resid. & c. suggestum. de appell.* Ita quoque maritus, qui cum uxore commorari debet, si reperitur absens, per dolum & malitiam præsumitur abesse *c. i. qui matrim. accus. poss.* Menoch: *loc. cit. n. 4.* Matth: de Afflict: *de Jure Prothomis. num. 29. p. 129.*

LXXXIX. Examinatio absentium testium potest Judici illius territorii sub quo testes degunt, committi: & hoc, si-ve testes ab actore, si-ve reo, ad probationem positionalium, vel defensionalium, aut alicujus instrumenti reprobationem producantur, *l. judices. 18. C. de fide instrum. Nov. 90. cap. 5.* Mynsing: *Cent. 3. Obs. 40.* Brunnem: *proc. civ. cap. 20. n. 36.* Strijk: *in Introd. ad prax. forens. cap. 2. §. 25. cap. 18. §. 22.* Et hæc commissio hodiè si testes, in quos Judex jurisdictionem non habet, longius absunt, tam in civilibus, quam in criminalibus locum habet, Mynsing; *loc. cit.* Stephan: *in not. ad ord. crim. art. 72.* Brunnem: *ad l. 3. ff. de testib. num. 27.* Scharfchmid: *ad Nov. Just. Ex. 15. th. 42.*

XC. Quando periculum est, ne copix probationum per diuturnam absentiam testium subtrahantur, tunc testes in causis civilibus ante litem contestatam, imò etiam motam recipi & examinari possunt, *c. significavit. & c. quoniam frequenter. x. ut lite non contestata.* Brunnem: *in proc. civ. cap. 20. n. 85.* Fr: Marc: *part. 2. decis. Delphin. n. 788.* Carpzov. *pr. crim. p. 3. quest. 140. n. 2.*

XCI. Testes in causis criminalibus, ubi agitur de pœna capitali, parte altera absente, ad perpetuam rei memoriam recipi non possunt, etiamsi de eorum morte, vel diuturna absentia timeatur, Carpz: *in pr. crim. p. 3. q. 140. n. 2.* Quoniam in criminalibus probationes debent esse liquidæ. *l. fin. C. de probat.* Prædicta autem procedunt ex parte Accusatoris: secus est ex parte Rei; cui examinare licet testes ad per-

D

petuam

petuam rei memoriam favore innocentiae; videlicet quod tempore delicti absens, vel minor fuerit. Francisc: Marc: *decis. Delphin. 783. n.4.* Brunnem: *ad l. 5. ff. de pæn.*

XCII. Testis absentiam & ignorantiam arguit incertitudo & dubitatio, Justus Reuber: *in Tr. de Testibus part. 3. n. 130.* Joh: Zanger: *Tr. de Question. seu Tortur. Reorum cap. 2. num. 27.*

XCIII. Temporis aut emolumentorum, quibus testis ob absentiam caret, ratio habenda non est, quia testis ob testimonium non lucrum quærere, sed gratis veritati adfistere debet, *c. non sanè. 14. quest. 5.* Fallit tamen idipsum, si testis mercenarius ex operis diurnis, se, uxorem & liberos alens, testimonii gratia peregrè evocetur: isto enim casu præter expensas etiam harum operarum, & diurnæ mercedis ratio haberi debet, Nicolai *in Proc. p. 1. c. 57. n. 18.* nam etsi testimonium testi non debeat esse lucro & emolumento; attamen operarum intermissio ob utilitatem alterius, non debet etiam ei esse fraudi & nocumento, *l. Julianus §. idem Iulianus l. præterea ff. de rei vind.* Brunnem: *in Comm. ad l. 11. C. de testib.*

XCIV. Absens absenti (sive sciant, sive postea ratum habeant, *l. 5. ff. de sponsal.* Sanchez: *de matrim. lib. 1. disp. 16. n. 6. & disp. 22.*) desponderi potest, *l. 4. §. 1. l. ult. ff. eod. l. 5. ff. de rit. nupt. cap. fin. extr. de procur. in 6.* Joach: à Beust. *de matrim. cap. 43.* Schnob: *ad tit. de sponsal. disp. 4. th. 4.* Ad constituenda enim sponsalia hodiè (secus *de I. V. l. 2. ff. de spons.*) nudus consensus sufficit, *cit. l. 4. pr. h.* Wesenbec: *in Parat. ff. eod. num. 6.* Schneidevv: *ad tit. Inst. sub rubr. de sponsalib. n. 2.*

XCV. Liberi absentes ex sponsalibus à parentibus, ipsorum nomine contractis, haut obligantur, *c. un. §. fin. de desponsat. impub. lib. 6.* Consensus namque contrahentium necessario

cessario ad sponsalia requiritur, *l. ii. ff. de spons. l. 30. ff. de Reg. Jur. c. cum apud. 23. extr. de spons. can. 1. 2. 3. & 4. caus. 27. quest. 2.* Zoef: *ad l. Can. tit. de desponsat. impub. n. 1.* Liberos autem absentes in tractatus parentum consentire tantum abest, ut de iis nil quicquam scivisse existimentur, Paul: Cyprius *de sponsal. cap. 7. §. ii. num. 6.* Nisi ipsimet ex postfacto sponsalia approbaverint tacite vel expresse, tunc enim obligantur, *d. c. un. §. fin. Martin: Uran: tom. 3. Cons. 6. n. 8.*

XCVI. Mulier absens nubere non potest, et si vir absens uxorem ducere possit, *l. 5. 6. & 34. ff. de ritu nupt.* Domus enim mariti matrimonii domicilium est: ideoque per Procuratorem speciale mandatum habentem in absentis mariti domum duci potest: in sua non potest, *d. l. 5. Wesenbec: in Parat. ff. d. t. num. 5. Gothofr: in not. marg. ad all. l. 5. lit. A.* Hæc tamen deductio in domum mariti non est de substantia matrimonii; tum quod deductio in domum, consensui, qui solus nuptias facit *l. 66. pr. ff. de donat. inter vir. & uxor. l. 30. ff. de R. F. l. 11. C. de repud.* nihil addat; tum quod ante deductionem quoque uxor dicatur, & inter nondum deductam & virum, non possit subsistere donatio. *d. l. 66. pr. ff. de don. inter vir. & uxor. l. 5. l. 27. ff. d. t. Zoef: in Comm. Dig. de ritu nupt. n. 7.*

XCVII. Sponsa sponsum absentem per tempus in sponsalibus præfixum, aut si nullum sit præfixum, per biennium, si in eadem degat provincia, vel per triennium, si in aliâ, expectare tenetur, *l. 2. C. de spons. l. 2. C. de repud.* nisi iustum impedimentum, illum abesse cogat, quia tunc expectandus est, donec impedimentum cesset, *l. sapè ff. eod.* Fachin: *lib. 3. controvers. cap. 33.* Perez: *in Cod. tit. de sponsal.* Quod si de perverso absentis animo constet, quod studio reverti & matrimonium consummare nolit, contra ipsum tanquam desertorem ad dissolutionem sponsaliorum agitur.

Brunneman: *jur. Eccles. lib. 2. cap. 16. §. 9.*

XCVIII. Ob absentiam conjugis necessariam seu probabilem, divortium non permittitur, *cap. in presentia. extr. de spons. Auth. hodie C. de repud.* Henning: *Arnifæ: Tract. de jure connub. cap. 6. sect. 7.* Sed tam diu expectandum est, donec de absentis morte (quæ mors aliquando v. g. si in acie, mari, morbovè contagioso peregrè obierit conjux, uno etiam teste probari potest, *Carpz: Jurispr. Consist. lib. 2. def. 166. 167.*) constet, *l. 6. ff. de divort. & repud.* Lyncker: *in Analect. ad Struvii S. J. C. d. t. th. 44.* Causa enim absentia si ve sit necessaria, si ve duntaxat probabilis, dolum & malitiam, sine quâ desertio pro crimine haberi, divortiumque causari nequit, excludit. Alberic: *Gentil: lib. 6. cap. 14. de nupt.* Absentia autem necessaria seu probabilis *h. l.* dicitur, quæ ex justa seu probabili causa oritur; ut quando maritus in legatione, vel autoritate legitima, delectus est ad militandum, (non isti leves homines, qui non virtutis & malitiæ causa à domo absunt, sed ut liberius vagari possint) vel si maritus propter captivitatem aut ægritudinem abest, aut si voluntate conjugis abest in mercatu, aut alio honesto negotio. *Salicet: in l. 2. C. de spons.*

XCIX. Absentia malitiosa efficit, ut ad processum desertionis deveniatur, quando nimirum conjux à conjugate discedit, nullâ honestâ causâ coactus; sed vel levitate, vel injustâ impatientiâ freni conjugalis, vel aliis non necessariis causis impulsus, *Joach: à Beust: de matrim. cap. 26. vers. nos vero. Paul: Cypræus de jure connub. p. 1. cap. 13. §. 77. n. 10. Eckholt: in Comm. Dig. tit. de divort. & repud. §. 3.* Et tum defertor tribus vicibus, publicè affixis citationibus ad valvas templi, vel loca publica, vocari debet; & si tunc non compareat, parti desertæ, quæ continere se nequit, ad secunda vota transeundi potestas concedi solet, *Joachim: à Beust: d. cap.*

d. cap. 26. & seqq. Arnifæ: de jure connub. c. 6. sect. 10.

C. Si maritus absens pro mortuo habitus, & nuptiæ aliæ interim à conjugè domi relictâ, initæ fuerint, revertentem maritum uxor recipere tenetur, nuptiis intermediis auctoritate publicâ rescissis; ut tamen liberi exinde suscepti legitimi habeantur. *c. cum per pellic. 34. quest. 1. & 2. Lyncker: in Analect. ad Synt. Jur. Civ. Struvii tit. de divort. & repud. thes. 44.*

CI. Non præsumitur mariti per decennium absentis filius, quem domi anniculum reversus reperit, *l. 6. ff. de his qui sunt sui vel alien. jur. Menoch: lib. 6. pres. 53. n. 15.* quamvis enim pater intelligatur, quem nuptiæ demonstrant, *l. 5. ff. de in jus vocando.* attamen hoc non procedit, quando constat, maritum tempore conceptionis abfuisse. *Menoch: de arbitr. F. 2. lib. 2. casu 89. n. 32. & Cons. 1109. n. 17.* Rationem tamen dubitandi non esse stultam, ceu putat Bachov: *ad Vvesenb. tit. de agnosc. vel alend. lib. n. 4., patet ex l. 1. §. Idem Iulianus 14. ff. eod. Struv: S. F. C. Exerc. 3. th. 44.*

CII. Alendus est spurius à proximioribus cognatis, quando mater est absens paterque ignotus; quia spurius hæreditatem suam ad proximiores cognatos transmittit, Harpr: *ad pr. Inst. de hered. quæ ab intest. def. num. 337.* Ergò & onere hoc non immeritò gravantur, tum quod valeat argumentum à jure successionis ad onus alimentandi, *l. 73. §. 1. ff. de jure dot.* tum quod onus & incommodum sentire is debeat, qui gaudet commodo *l. 10. ff. de Reg. Jur.* Bartol: *in l. si quis à liberis. §. utrum C. de lib. alend.* Deficientibus verò cognatis à Magistratu supremam jurisdictionem habente, spurius ali debet, Brunnem: *ad l. 4. ff. de agnosc. & alend. lib.* nam spurio defuncto, & non extantibus legitimis hæredibus, bona ejus tanquam vacantia fisco deferuntur, *l. 1. l. 4. C. de bon. vacant.* Schneidevvin: *ad tit. Inst. de hered. quæ ab intest.*

defer. Rubr. de Success. fisci. num. 14.

CIII. Ex bonis stupratoris absentis & fugitivi, alimenta infanti spurio sunt suppeditanda, Carpzov: *Jurispr. Ecclesiast. lib. 2. tit. 14. def. 242. n. 7.* Etenim pater filium spurium de Jure Canonico (secus de Jur. Civ., *Auth. ex complexu. C. de incest. nupt.*) alere tenetur, *cap. cum haberet. s. in fin. extr. de eo qui dux. in matrim. quam poll. per adult.* Quod secundum communem Doctorum opinionem in utroque foro servandum, Gail: *lib. 2. obs. 88. num. 4.* Menoch: *2. arb. judic. q. 169.* Richter: *decis. 88. n. 33.*

CIV. Absens & absenti tutor dari potest, *l. 5. ff. de tutorib. & curat. dat. l. 19. C. de administrat. tutor.* Bachov: *in not. ad Vvesenbec. tit. de excusat. n. 4.* Brunnem: *in Comm. ad d. l. 19.* Schneidevv: *ad §. nos autem. Inst. de Attilian. tut. num. 7.*

CV. Absens Reipubl. causa à Tutela suscipienda excusationem habet, *l. 41. ff. de excusat. l. 1. C. si tut. vel curat. reipubl. causa aberit. §. 2. Inst. de excusat. tut. vel curat.* Struv: *Jurispr. For. lib. 1. tit. 26. aph. 2.* Quod non solum locum sibi vindicat in eo, qui jam abest, sed etiam in eo, qui se itineri præparat, & incipit agere quodammodo causam publicam, *d. l. 1. l. 8. §. fin. ff. de procurat. l. legato. ff. de legationib.* Hahn: *ad Vvesenbec. in tit. de excusat. n. 3.* Sed à suscepta tamdiu tantum excusatur, quamdiu abest, modo causam prius allegaverit, & curatorem interim dari petierit, *l. 10. §. 2. ff. de excusat. d. §. 2. Inst. eod.* ibique Schneidevv: *num. 6.* tunc enim absens periculo medii temporis non obstringitur, quod secus si se non excusaverit, *d. l. 1. C. si tut. vel curat. reip. caus. ab. l. 8. l. 19. C. de administ. tut.* Schneidevv: *ad §. & qui potestatem. num. 3. Inst. d. t.* Brunnem: *in Comment. ad cit. l. 19.*

CVI. Absentium Reipubl. causa comites & ministri, qui sunt

sunt intra statutum numerum, sive profecti sint, sive se accingant itineri, à Tutela vel Cura danda vacationem consequuntur, susceptam autem deponere non possunt, *l. 41. §. 2. ff. de excusat.* Schneidevv: *ad §. item qui. n. 3. Instit. eod.* Procuratores tamen eorum, qui Reipubl. causa absunt, vacationem non habent, *l. 5. C. de excusat. muner.* Mynsinger: *ad d. §. item qui. n. 3.*

CVII. Absens Reipubl. causa reversus, à nova tutela suscipienda habet anni vacationem. *l. 8. l. 10. ff. de excusation. §. 2. Inst. eod. l. fin. C. si tut. vel curat. reip. caus. ab.* Schneidevvin: *ad cit. §. 2. n. 5.* Schotan: *in exam. jurid. part. 4. quest. 4. tit. de excus.* Et hoc in honorem redeuntis, propter res feliciter expeditas, & ad recolligendas vires, tum etiam ad curam rerum familiar. sustinendam concessum videtur. Schneidevv: *loc. cit.* Hahn: *in not. ad VVesenbec. d. t. de excus. n. 3.* Qui tamen annus est continuus, non utilis, & computatur ex quo rediit, vel redire potuit, recta via sine mora aut circuitione, *l. 4. ff. de vacat. & excus. mun.* Paul: Montan: *de Tutel. cap. 35. n. 92.* Ante autem agnitam statim à reditu recipit, *d. l. 10. l. pen. ff. de excus. §. 2. Inst. eod. & ibi Mynsing: n. 3.* Brunneman: *ad l. 1. C. in quib. casib. tut. vel curat.*

CVIII. Testamentum non adhibitis testibus domi scriptum & à testatore absente per epistolam, nuncium vel procuratorem actis insinuarum, nullius est momenti. Carpzov: *lib. 5. resp. 56. n. 7.* Struv: *Synt. Jur. Civ. Ex. 32. thes. 9.* Brunnem: *ad l. 19. C. de testam.* quia præter solennitatem testium, nihil ab Imperatoribus in testamentis coram ipsis, aut aliis inferioribus Magistratibus factis, mutatum reperitur, Dan: Moller: *ad Const. Elect. 3. part. 3. n. 9.* Inter reliquas autem solennitates, quæ præter testes & illorum præsentiam ad perfectionem testamenti, à quocunque, quovis in loco vel tempore,

pore, five in scriptis, five per nuncupationem facti leges introduxerunt, ipsiusmet quoque testatoris præsentiam potissimum requiri constat; adeò quidem, ut præsentem eum esse non sufficiat, sed necesse sit etiam à testibus omnibus videri. *l. 12. l. 9. C. de testam.* Dan: Moller: *d. l. n. 9. & 10.*

CIX. Si hæres fuerit longè absens à locis in quibus res hæreditariæ, vel maxima earum pars posita, tunc ad consummationem Inventarii, anni spatium à morte testatoris numerandum conceditur, Brunnem: *ad l. ult. §. 2. 3. C. de jure deliber.* Struv: *Synt. Jur. Civ. Exerc. 33. th. 44.* Quod tempus ignorantibus non currit, §. 2. *d. l. 22.* Hahn: *ad Vvesenb. tit. de jure delib. nec justè impedito.* Scharfchmid: *Exerc. 1. thes. 11.* Prorogatio quoque à Magistratu justa ex causa concedi potest. Struv: *d. Ex. th. 54.* Hahn: *d. t.*

CX. Absens hæreditatem adire & repudiare potest, *l. 12. ff. de interrog. in jure fac. §. ult. Inst. de hered. qualit. & diff. l. 95. ff. de acquirend. vel omitt. hered. l. 6. ff. ad Sctum Trebell.* Sicut enim nuda voluntate extraneus hæres fit, ita contraria destinatione statim ab hæreditate expellitur, *d. §. ult. Inst. de hered. qual.* Schnobel: *disp. Pand. 16. th. 30.* Brunne-
man: *in Comm. d. l. 6. n. 1.*

CXI. Si quis ex testibus testamentariis, tempore aperturæ, abest, tabulæ testamentariæ ad eum mittuntur, ut recognoscat, *l. 7. ff. quemadm. testam. aper.* Imò omnibus testibus absentibus, si urgeat necessitas, tabulæ nihilominus aperiuntur & recitantur coram viris honestis *d. l. 7. & l. 2. C. eod.* quò factò, iterum obsignantur, ac ad testes absentes ad inspicienda sua signa mittuntur. Zoel: *in Comment. Dig. d. t. n. 3.* Perez: *in Comm. Cod. all. tit. n. 2.*

CXII. Absentia hæredis ab intestato non impedit Codicillos fieri. *l. non idcirco. 4. C. de Codicill* ultimæ enim voluntates tantum pendent à voluntate defuncti, non hæredis

l. 35. §. 3. in pr. ff. de hered. instit. l. 12. §. ult. in fin. ff. de legat. 1. Brunnem: in Comm. ad d. l. 4. C. de Codicill.

CXIII. Absenti legatum relinqui potest. *l. 77. §. 3. ff. de legat. 2. Schneidevv: ad pr. Inst. quib. non est permis. fac. testam. n. 10.* Modò absens habeat testamenti factionem passivam, h. e. ex testamento quid capere possit, *§. 24. Inst. l. 101. ff. de legat. Hahn: in not. ad VVesenbec. tit. de legat. & fidei-commis. 2. n. 2.*

CXIV. Antequam de morte absentis revera constat, de successione ejus, pactum aut alia conventio, ne quidem iudice authore validè initur. *l. nec nos 4. C. de postlim. revers. Strijk: Tr. de Success. ab intest. dis. 8. cap. 2. §. 18.*

CXV. Cura & administratio bonorum absentis proximiori cognato, Magistratus autoritate, committenda est, Hartm: Pift: *Obs. 103.* Anton: Fab: *in Cod. lib. 5. tit. 40. def. 9.* quantumvis jam extraneus fuerit à Magistratu curator constitutus, Virgil: Pingitz: *quest. Saxon. 5. n. vers. qua quidem conclusio.* Tenetur tamen cognatus proximior tam bona ipsa, quam fructus ex illis perceptos redeunti restituere, ac rationem administrationis reddere, Joh: Heeser. *de Rat. redd. loc. 1. n. 19. & 26.* unde non admittitur priusquam cautionem sufficientem, eo in loco, ubi bona absentis sunt sita, præstiterit, Heeser. *d. l. 1. n. 23.* Præstitâ verò semel cautione à proximior cognato, alii, licet ex post facto ad æqualem pervenerint proximitatem, ab ejus hæredibus à curâ bonorum absentis excluduntur, Fab: *in Cod. lib. 7. tit. 20. def. 44. num. 9.* Modò hæredes cognati sint etiam absentis hæredes, Carpzov: *in Jurispr. For. ad Constit. Elect. 15. part. 3. def. 50. & 51.*

CXVI. Novi operis nunciatio contra absentem & ignorantem fieri potest, *l. 1. §. 5. ff. de oper. nov. nunciat. Welenb: in Parat. ff. eod. num. 9.* Perez: *in Cod. h. t. n. 8.* Brunnem: *in*

E

Comm.

Comm. ad d. l. 5. n. 5. Schnobel: *disp. Pand. 18. thes. 6.* quod intelligendum de ipso reali actu nunciationis, qui fit rei, non personæ, quamvis tamen notificatio idonee & bona fide fit facienda, Gothofr: *in not. marg. ad l. 5. ff. d. t.* Zoef: *in Comm. Dig. h. n. 9.*

CXVII. Donatio absenti facta valet, si Procurator aut mandatarius donationem ex mandato nomine absentis accipiet, *l. 10. ff. de donat.* Wesenbec. *in Parat. ff. de Procurat. n. 6.* Struv. *Synt. Iur. Civ. Exerc. 40. thes. 5.* Quod & procedit, etiamsi alius, absque mandato licet, nomine donatarii absentis, donatum acceptaverit, modò vivo adhuc donatore rati habitio ab absente accedat, *l. 24. ff. de negot. gest.* Menoch: *Cons. 178. n. 4. & Cons. 371. num. 18.* Acceptatio quippe post mortem donantis facta nihil juris tribuit donatario. Zoef: *in Comm. ff. de donat. num. 67.* Nec res donata ad hæredes pertinet, si absens ante acceptationem decedat. Brunnem. *ad d. l. 10. ff. de donat. n. 2.*

CXVIII. Donatio inter vivos excedens summam 500. Ducatorum, coram solo Iudice pro tribunali sedente, absentibus licet Assessoribus, insinuata subsistit, *l. 30. l. 32. verb. donationes apud virum clarissimum Magistratum census tantummodò insinuari precipimus &c. C. de donat.* De iis enim, quæ in iudicio geruntur, non modo fides, sed & plena auctoritas Iudici tribuitur, quia præsumitur pro eo in his, quæ ad officium ejus pertinent, Menoch. *lib. 2. pres. 67. n. 4.*

CXIX. Insinuatio donationis inter vivos ab absente per procuratorem, vel alium ejus nomine, expediri potest, *Nov. 127. cap. illud quoque dignum. 2.* Dan. Moller. *ad Const. Elect. 3. p. 3. n. 6. & 19.* ibique Reinhard. Rosa *in addit. num. 10. & seqq.*

CXX. Donatio mortis causa nemine acceptante absenti facta, subsistit ut legatum vel fideicommissum particulare, si ad-

si adhibiti fuerint quinque testes. *l. 75. in pr. l. 77. §. 26. ff. de legat. 2.* Hahn: *in not. ad Wesenbec. tit. de mort. caus. donat. n. 4.* Carpzov: *lib. 5. Resp. 63.*

CXXI. Absens qui neminem domi ad custodiam rei reliquit, si in ejus absentia fundus occupetur, amittit quidem naturalem possessionem, civilem autem animo retinet, *l. clam possidere §. qui ad nundinas. ff. de acq. possess.* Schneidevvin: *ad §. possidere. Inst. de Interdict. n. 97.* Unde absens reversus non tantum pro tuenda civili possessione propria auctoritate occupantem in continenti expellere *l. 3. §. cum igitur. ff. de vi & vi armat.* Menoch: *rem. 3. ret. poss. num. 29.* sed etiam remedio retinendae possessionis, Uti possidetis, uti potest, *l. 6. §. fin. ff. de acquir. poss.* Schneidevvin: *ad §. retinenda. Inst. de Interd. n. 14.* Schotan: *Exam. jurid. p. 6. tit. 17. q. 3.* Et effectus est, ut occupans compellatur restituere naturalem possessionem, cum sine ea non cesset ipsum inquietare in civili, *l. si duo in pr. ff. uti possid. l. naturaliter. §. nihil commune. & d. l. clam possidere, §. qui ad nundinas ff. de acq. poss.* Menoch: *cit. l. n. 27.*

CXXII. Quando is, qui occupavit fundum absentis, non admittit absentem reversum, sed ei per vim resistit, Interdictum Unde vi, locum habet, *l. 1. §. si ve autem. ff. de vi & vi armat. l. 1. C. de acquir. & retin. poss.* Nam tunc revertens patitur violentiam in civili possessione, ut ab ea vi dejectus intelligatur, *l. 6. §. fin. ff. de acq. vel amitt. poss.* Menoch: *Rem. 9. Recup. Poss. n. 135. & seqq.* Schneidevvin: *ad §. recuperanda. n. 29. Inst. de Interd.* Struv. *S. F. C. Ex. 45. thes. 108.* Idem quoque dicendum, quando absens suspicatur se posse repelli, & propterea non audet redire. Quamvis enim tunc violentia non interveniat, tamen quia etiam privatur civili possessione, propter timorem violentiae, datur contra ingredientem pro ista civili recuperanda, utile Unde vi Interdictum.



terdictum. Menoch: *alleg. Rem. 9. n. 139.* Schneidevv: *ad cit. §. retinenda. n. 21.*

CXXIII. Qui absentis nomine in possessione sunt, v. g. amici, propinqui, coloni, inquilini, servi, si dejiciantur, possunt absentis nomine, etiam sine mandato, Interdicto Unde vi, experiri, *l. 1. C. si per vim vel al. mod. abs. perturb. sit poss.* Menoch: *Rem. Recup. Poss. 6. per. tot.* Struv: *Exercit. 45. th. 103.* Nec potest illud opponi, quod servi personam legitimam standi in Judicio non habeant: quia Possessorium judicium momentaneum ad agendum personas alias inhabiles admittit, *l. ult. C. qui leg. pers. non hab. stand. in judic.* Perez: *in Cod. d. t. n. 2. & seq.* Menoch: *d. Rem. num. 33.* Si verò absentis nomine possidentes possessionem amissam recuperare negligant, Domino, quolibet tempore reverso, salva & illæsa recuperandi remanet facultas, *d. l. 1. licet occupans obtinuerit Principis rescriptum, l. 2. C. eod.* Menoch: *loc. alleg. num. 20. & 39.* Struv: *cit. thes. 103.* Brunneinan: *in Cod. d. t.*

CXXIV. Possessio ex Constituto Possessorio in absentem ante ratihabitionem non transit, *arg. l. 42. §. 1. ff. de acquir. vel amitt. possess.* Hahn: *in not. ad VVesenbec. cod. n. 8. verb. in constitutario.* Brunnem: *in Comm. ad l. 18. d. t. n. 5.* Hinc, si interim constituens expellatur, constitutario remedium recuperandæ possessionis contra tertium possessorem non competit. Tiraquell. *Tract. de constituto possessorio, part. 2. lim. 30. num. 2.*

CXXV. Vicennio inter absentes res immobiles sive sint Italicæ sive Provinciales præscribuntur, *l. un. C. de usucap. transform. tot. t. C. de long. temp. prescript. pr. Inst. eod.* Mynsing: *h.* Struv: *Furispr. For. lib. 2. t. 9. aph. 13.* etiam incorporales, jura & servitutes *l. fin. C. de prescript. long. temp. l. 2. C. de servit.* Hahn: *ad VVesenb. tit. de usurp. & usucap. n. 7.*

Hoc

Hoc tamen (secundum Dd. Practic.) de servitutibus con-
tinuis intelligendum: Nam discontinuæ non nisi tempore
immemoriali præscribuntur. Schneidevv. *tit. Inst. de usucap.*
sub Rubr. quot sunt species præscript. n. 8. Harpr. *ad S. 4. Inst.*
de servit. n. 9. Gail: *2. Obs. 66.* Mynsing: *4. Obs. 53.* Quod si
is, contra quem præscribitur, aliquot annis præsens, aliquot
annis absens fuerit, duplicandi sunt anni absentia, h. e. su-
pra decennium adjiciendi sunt anni tot, quot ex decennio
absens fuit. *Auth. quod si quis. C. de long. temp. præscript.*
Schneidevv. *d. loc.*

CXXVI. Ultra quinquennium absens amittit suum lo-
cum in Collegio, *l. præcipua 1. C. de Primicerio & Secundi-*
cer. l. pen. C. de Domestic. & Protector. l. 2. & 3. C. de Com-
meatu. Perez: *in Cod. d. t. de Prim. & Secund.* Brunnem: *in*
Comm. ad cit. tit. de Dom. & Prot.

CXXVII. Si plures sunt constituti Judices iisque, ut u-
niversis & pluribus, potestas cognoscendi & judicandi com-
petit, omnes coram pronunciare oportet, nec uno absente,
valet reliquorum sententia *l. 37. & l. 39. ff. de re jud.* We-
senbec. *in Parat. ff. eod. n. 5.* ibique Hahn: *in observat.* Quod
etiam procedit quoad Commissarios, *c. 16. 21. & 22. extr. de*
offic. & potest. jud. deleg. maximè si ipsis simpliciter aut con-
junctim, expeditio causæ fuerit commissa (hoc enim casu
eorum iudicium individuum est, omnesque unum tantum
repræsentant Judicem) secus est, si tenor Commissionis ha-
beat, ut vel conjunctim vel separatim omnes vel singuli ju-
dicent: tunc enim reliqui uno absente rectè pronunciare,
vel Commissionem expedire possunt, Wehner: *in obs. pract.*
verb. Commission sambt und sonders 2c.

CXXVIII. Sententia contra absentem lata tenet, si lis
à partibus præsentibus inchoata sit, appellari tamen ab ea
potest, *l. fin. C. quom. & quand. jud. sent. prof. deb.* nisi per

contumaciam fuerit absens, *l. 73. §. fin. ff. de judic.* Perez: *ad tit. Cod. quom. & quand. jud. num. 2.* Non est autem Judex compellendus adversus absentem pronunciare, nam & eum absolvere potest, si justiore causam habere appareat, *l. 1. C. quom. & quand. jud.* quod si ex actis de justitia & rei veritate non constet, Judicis est reum presentem absolvere ab observatione judicii, damnato actore absente in expensas, *l. 13. §. 2. C. de judic.* Zoef: *in Comm. Dig. de sentent. & re jud. n. 15.* Mindan: *de Mandat. lib. 2. cap. 20. num. 2.*

CXXIX. Actore ante litem contestatam contumaciter absente, reus ab instantia absolvitur, nec aliter actor auditur, quam refusus expensis, & facta satisfactione de lite proseguenda, nisi reus malit litem peragere, *Auth. qui semel C. quomodo & quand. jud.* Si vero reus per contumaciam absit, mittitur actor in possessionem bonorum, si actio sit personalis *c. quoniam frequenter. §. fin. x. ut lite non contest.* vel si actio sit realis, in possessionem rei petita. *d. c. quoniam. & c. fin. x. de eo qui mitt. in possess. l. 8. C. d. t.* & ibi Perez: Eckholt: *in Comm. ad tit. de in jus vocand. §. 16.* Lynker: *in Analect. ad Synt. F. C. Struvii q. 3. p. m. 90. & seq.*

CXXX. Absens ob contumaciam, non ob malam vel injustam causam damnatus censetur, Menoch: *2. pres. 700.* Rosenthal: *de Feud. cap. 9. conclus. 27. in gloss.* Nisi condemnatus fuerit praesens in tota causa, sed absens atque ita contumax tantummodo tempore sententiae latae. Nam tunc praesumitur condemnatus ob causae merita. Bart: *in l. si superatus. ff. de pignorib.* Menoch: *loc. cit.*

CXXXI. Sententia quae contra absentes & contumaces ferri solet, sicuti est sententia excommunicationis, contra absentem lata praesumitur. Quia praesumitur factum quod fieri solet, *l. quod si nolit. §. qui assidua. ff. de edil. edicto.* Anton: Gabr: *lib. 2. tit. de sentent. concl. 4. n. 27.*

CXXXII. Sen-

CXXXII. Sententia in dubio præsumitur lata parte absente, quia facta non præsumuntur, *l. in bello. §. facta. ff. de captiv. & postlim. revers. l. denique. ff. ex quib. caus. maj.* Nisi simus in sententia antiqua, nam ob temporis diuturnitatem præsumitur lata parte præsentem. Menoch: *lib. 6. præf. 18. n. 8. Abbas in c. tenor. n. 10. in fin. de re jud.*

CXXXIII. Confessio siue sit judicialis siue extrajudicialis absente parte facta vim rei judicatæ non obtinet, *l. 6. §. si quis absente. 3. ff. de confess.* quia ut iudicatum non tenet, nisi inter præsentem, ita nec confessio, *l. 47. ff. de re jud.* Eckholt: *in Comm. Dig. de confess. §. 3.* Struv: *Synt. Jur. Civ. Ex. 44. th. 23.* Quod si tamen Judex vel actuarius iudicii partis absentis nomine acceptet confessionem & absens eam ratam habeat, adhuc illa valida videtur & prodesse absenti, quod Judex absentis vices suppleat, arg. *l. 1. §. 15. ff. de Magistrat. conven.* Zoel: *in Comm. ff. de confess. n. 4.*

CXXXIV. Confessio Procuratoris mandatum speciale habentis, Domino absenti præjudicat; maximè, si ipsum procuratorem necessitas adstringat, ut respondeat ad positiones adversarii. *l. 6. §. 4. ff. de confess. l. 25. §. 1. ff. ad L. Aquil.* Menoch: *Conf. 39. n. 54.* Perez: *in Cod. tit. de confess. num. 12.* Zoel: *ad ff. cod. n. 7.* Schotan: *Ex. Iurid. part. 6. tit. 2. q. 5.*

CXXXV. In bona, Reipublicæ causa absentis, si non defendatur, missio fieri quidem potest, ex primo Decreto (salva tamen restitutione) non verò ex secundo: Sed venditio differenda in tempus reversionis. *l. 21. §. 2. ff. ex quib. caus. major. l. 2. §. 2. l. 6. §. 1. ff. quib. ex caus. in possess. l. 4. C. de restit. milit.* Hillig: *in Donell. lib. 23. c. 12. lit. E.* Struv: *S. J. C. Ex. 44 th. 35.* Si verò venditio facta, distinguendum, utrum facta ex natura rei, ut in causa damni infecti, vel in causa noxali & simili, & restitutione opus *l. 15. §. 22. de damn. infect.* an verò ex contractu vel debito, & venditio ipso jure
nulla

nulla est l. 35. ff. de reb. aut. jud. possid. Odd: de Restitutionib. p. 2. q. 68. art. 3. Hahn: in not. ad Wesenbec. tit. de damn. infect. n. 6.

CXXXVI. Missio in possessionem ex primo Decreto ab uno ex creditoribus impetrata, reliquis quoque, qui ejusdem sunt conditionis prodest; siquidem creditores absentes intra quadriennium (præsentes intra biennium) compareant, creditum suum probent, nec non expensas factas pro rata refundant, l. 12. ff. de reb. aut. jud. possid. l. ult. C. eod. ibique Gothofr: in not. marg. lit. E. quia hoc primum Decretum est in rem, & non tam datum respectu personæ impetrantis, quàm respectu bonorum latitantis. Brunneinan: in Comm. C. ad cit. l. fin.

CXXXVII. Si debitor absit, nec ei hæres existat, Curator bonorum dari solet, qui bona tueatur, & distrahat, & ex redacto creditoribus satisfaciat. rot. tit. ff. de curat. bon. dand. Anton: Matth: Tr. de Auction. lib. 1. cap. 7. n. 7. Gail: lib. 2. Obs. 130. n. 12. Constituitur autem hic vel privatò creditorum consiliò, l. fin. ff. eod. vel à Judice legitimo, adhibito tamen consensu majoris partis creditorum, l. 2. pr. ff. h. t. l. 15. de reb. aut. jud. possid. Illo casu iste saltem tenetur his qui ipsum elegerunt, non verò reliquis: sed hi tantum bona debitoris vendere possunt, una cum curatore, ita ut quæ à curatore & creditoribus ex bonis distrahantur, omnibus proportionè præstentur, d. l. fin. Donell: lib. 23. cap. 27. lit. D. & ibi Hilliger. Hoc casu omnibus obligatus est creditoribus & quidem præsentibus actione mandati arg. l. 22. §. 10. ff. mand. absentibus actione negotiorum gestorum, l. 6. ff. de neg. gest. Mevius p. 4. decis. 257.

CXXXVIII. Ex contumaci absentia damnatus exceptionem, quæ judicium ipso jure nullum reddit, semper opponere potest, v. g. exceptionem falsi tutoris, incompetentis
Judicis,

Judicis, scilicet quando jurisdictio non est prorogabilis v. gr. in Ecclesiasticis & in feudalibus. Henr: à Rosenthal: *d. feud. cap. 12. concl. 4. n. 17.*

CXXXIX. Stipulatio inter absentes concepta est inutilis, *l. 3. C. de inutil. stipul. §. 12. Inst. eod. Schneidevv: ad tit. Inst. de donat. n. 20. Brunneinan: ad d. l. 3. cum forma ex necessitate legis constituta sit, ut alter alterum loquentem ex audire & intelligere debeat, l. 1. in pr. ff. de V. O. §. mutuum. 7. Inst. de inutil. stip.* Neque per epistolam & nuncium stipulatio inter absentes celebratur, alias non esset differentia inter stipulationem & alios contractus, qui consensu contrahuntur, *l. 2. ff. de O. & A.* Potest tamen stipulatio primò interposita per epistolam reiterari. Unde instrumento quo dicitur, stipulantem & promittentem præsentes fuisse, creditur, *l. 14. C. de contrah. stip.* Nisi promissor probare possit, se alibi fuisse eo tempore, quo stipulatio est facta, *d. §. 12. Inst. de inutil. stipul. & ibi Mynsinger.*

CXL. Pupillus absens per servum præsentem stipulari potest, *l. 1. pr. ff. de V. O. l. 2. l. 4. l. 6. rem pup. vel adolesc. salv. fore.* Ex cujus stipulatione non quidem ipso jure pupillo acquiritur: nemo enim regulariter alteri stipulari potest, *§. 4. §. 18. Inst. de inutil. stip. l. 3. l. 6. C. de contrah. stip.* Sed ex æquitate utilis actio datur, *d. l. 4. pr. ff. rem pup. salv. for. Struv: Synt. Jur. Civ. Exerc. 47. th. 102. Brunnem: ad cit. l. 6. ff. eod.*

CXLI. Absentia Tutoris stipulationi pro pupillo habitæ non nocet, *l. 9. ff. de auctor. & cons. tut. & curat. l. 1. C. de auctor. prest. l. 7. C. de contrah. & committ. stip.* In quibus enim causis pupillus meliorem conditionem suam facere potest, in iis non requiritur tutoris autoritas, *l. 11. ff. de acq. rer. dom. pr. Inst. de auth. tut. §. 9. Inst. de inutilib. stip. Mynsinger: ad cit. pr. num. 1. Schneidevvin: eod. num. 4. Struv:*

F

Juris-

Jurisprud. Forens. libr. 1. tit. 22. aphor. 2.

CXLII. Exceptio Excussionis non datur fidejussori, si debitor principalis absens sit: quo casu fidejussor tempus ad sistendum principalem petere potest: tempore tamen lapso, nec praesente debitore, compellitur fidejussor satisfacere, cessis sibi à creditore actionibus, *Auth. praesente C. de fidejuss.* Mynsing: *Cent. 2. Obs. 15. n. 12.* Zanger: *de Exception. part. 2. cap. 16. n. 15.* Scharfchmid: *Ex. 2. th. 19.*

CXLIII. Absenti convitium fieri potest, *l. 15. §. 7. ff. de injur.* Rosenthal: *de feud. cap. 10. conclus. 21. n. 8.* Proinde si quis me absente ad domum meam vel tabernam veniat, & contra me vociferetur, dicitur mihi fecisse convitium, ita ut injuriarum teneatur, *cit. l. 15.* Dan: Moller: *ad Const. Elect. 42. part. 4. n. 27.* Schneidevv: *ad §. 1. Inst. de Injur. n. 13.*

CXLIV. Quando in absentem crimen vel convitium dictum est, & ille hoc, licet ex longo intervallo, resciscit, injuriam tunc demum retorquere potest, Zahn: *de Mendac. lib. 1. cap. 4. n. 2.* Struv: *de vindict. privat. cap. 10. aph. 9. n. 2. aph. 11. n. 4. 5. & 6.* Carpzov: *pr. crim. part. 2. quest. 97. n. 25. & seqq.*

CXLV. Reus ante accusationem vel inquisitionem fugiens & citatus contumaciter absens, se suspectum reddit, ut torqueri possit, *l. ult. ff. de quest. art. 25. §. Zum siebenden / junctis §§. seqq. in Ord. Crim. Caroli V.* Menoch: *lib. 1. praes. q. 89. n. 37. 38. & 41. & lib. 2. de arbitr. jud. quest. casu 301.* Zanger: *in tract. de Questionib. seu Tortur. Reorum cap. 2. n. 91.* maximè si alia indicia, atque etiam vel sola fama concurrat, & fugiens per loca insueta & insolita aufugerit, Ernest: Cothman: *Resp. Academ. 12. n. 190. & seq. vol. 1.* Perez: *in Cod. tit. de quest. n. 11. & 12.*

CXLVI. Contra absentem per inquisitionem specialem non proceditur. Prosper: Farin: *in pr. crim. lib. 1. tit. 1. quest. 1. num. 60.*

num. 60. Hahn: *in not. ad VVesemb. tit. de accusat. & inscript.*
n. 2. nisi tale crimen sit, cujus poena sit relegatio, vel relega-
 tione minor, ut pecuniaria. Brunneman: *in Process. inquisit.*
cap. 8. memb. 6. num. 1.

CXLVII. Contra absentem criminis alicujus accusatum
 ad sententiam definitivam sive condemnationem deveniri
 nequit, *l. 1. ff. de requir. vel absent. damn. l. absentem. 5. ff.*
de pæn. Schneidevvin: *ad §. praterca. Inst. quib. non est per-*
miss. fac. test. n. 13. Struv: *Synt. Jur. Civ. Ex. 49. th. 92.* Mo-
 dò de tali agatur crimine, pro quo imponenda veniat poena
 capitalis, vel corporis afflictiva. Nam si tantummodò irro-
 ganda sit poena Relegationis, vel multa pecuniaria, absens
 quoque condemnari potest, *d. l. 5. ff. de pæn.* Gail: *de arrest.*
Imperii cap. 1. num. 5. Matth: Stephan: *in not. ad Ord. Crim.*
art. 206.

CXLVIII. Si reus criminis capitalis absit, ante litem
 contestatam, adnotari ipsius nomen, isque requiri & citari
 debet, *l. 1. ff. de requir. reis. l. 6. C. de accusat.* Simulque
 bona ejus adnotantur, obsignantur, ut fuga reprimatur &
 copiam sui faciat, seque purget. Alioquin post annum in fi-
 scum coguntur bona in contumaciam, *d. l. 1. pr. l. 2. d. t.* Qui
 comparet & se purgat, rem integram habet, idem est si in-
 tra annum mortuus sit, *cit. l. 1. §. 4.* Perez: *in Cod. h. t.* Struv:
S. J. C. Exerc. 49. th. 92. & seqq.

CXLIX. Si Procurator absentis appellaverit, licet ratio-
 nes reddiderit, tenetur tamen absente domino respondere
 & causas appellationis, seu (ut loquuntur) gravamina pro-
 ponere, *l. fin. ff. an per alium caus. appell. redd. poss.* Unde
 Procurator ad totam causam peragendam constitutus, sen-
 tentiâ contra se latâ, tam appellare, quàm appellationem
 interpositam prosequi tenetur, *l. 17. C. de Procurat. arg. l. 3.*
§. 2. ff. de negot. gest. Goehaus: *pericul. 2. quest. Academ. 10.*

Schnobel: *disp. pand. 3. th. 21.* Struv: *Ex. 50. th. 11.* Licet Jure Canonico, quoad appellationis justificationem, secus sit, *c. pen. de procur.* Bessell: *vol. 1. disp. pandect. 7. thes. 3.* Gail: *1. Obs. 139. n. 11. & seqq.*

CL. Quando Procurator absentis causam appellationis, quam litigando interposuit, prosequi non vult, Dominus litis respondere potest, *l. 2. ff. an per alium caus. appell. l. 9. C. de appell.* ibique Brunnem. Quod tamen verum, si Procurator qui appellavit, fuit legitimus, h. e. mandatum habuit vel generale (casibus quibus id sufficit, ut regulariter) vel speciale. Hoc enim deficiente licet appellaverit procurator, appellatio nulla est ob defectum personæ provocantis, ideoque deficiente licet procuratore, non valet tamen ratificatio. Anton: Fabr. *in Cod. lib. 4. tit. 20. defin. 1. n. 4.*

CLI. Absens appellans post 20. dies à tempore latæ sententiæ, præsumitur appellasse intra decem dies à tempore scientiæ: quia scientia non præsumitur. Felin: *in c. quoad consultationem. de sentent. & re jud. n. 25.* Menoch: *lib. 2. pres. 95. num. 7.*

CLII. Appellationis causa absens in aliis causis in provincia sua defendi, h. e. alias actiones excipere necesse habet, *l. 1. ff. eum qui appell. in prov. def.* Struv: *Ex. 50. thes. 23.* aliàs decernitur immissio bonorum, *l. 13. ff. quib. ex caus. in poss. eat.* Non tamen in illo loco, ubi appellationis gratia peregrinatur (nisi ibidem contraxerit aut deliquerit) conveniri potest, sed habet privilegium revocandi domum, *l. 2. §. 3. vers. ei quoque. ff. de judic.* Hahn: *ad Wesenbec. tit. eum qui appell. in prov. defendi.*

CLIII. In contractibus, quos celebrat universitas, si necessitas & utilitas causam dederint, non præsentibus tantum & consentientes obligantur, sed etiam omnes absentes. Hartman: Pistor: *l. 1. q. 37. n. 7.* Nic: Losæus *de jur. univers. part.*

part. 3. c. 3. Matth: Coler: *de Process. execut. part. 2. c. 3. n. 376.* Hinc major pars potest imponere collectam toti universitati, etiamsi minor pars, quæ contradicit, debeat solvere majorem quantitatem; Quia in colligendis suffragiis non attenduntur facultates civium, sed tantum quantitas numerica. Caspar: Klock: *de contribut. cap. 6. n. 75. 76.*

CLIV. Absentes ex urbe cives, tempore belli, aut obsidionis, aliis ibi manentibus & onera ferentibus, eadem præstare tenentur. Hahn: *in obs. ad VVesenbec. tit. de L. Rhod. num. 1.* Brunneman: *in Comm. ad l. 1. d. t. num. 7. & cent. 2. Decis. 47.*

CLV. Ex collatione beneficii Ecclesiastici, absenti in personam Procuratoris facta, ipsi absenti ante acceptationem jus quæsitum non est, *cap. si tibi absenti. 17. de præbend. lib. 6.* Si verò fiat collatio in personam Procuratoris speciale mandatum habentis; tunc quæritur jus in continenti. Panorm: *in c. antecedens de præbend.* Francisc: Marc: *vol. 1. decis. Delphin. 998.*

CLVI. Patronus absens, per Procuratorem vel literas novum Pastorem vel Ministrum Ecclesiæ Episcopo præsentare potest, *cap. fin. de concess. præb. c. accedens. cap. ea noscitur. 6. extr. de his, quæ fiunt à Prælat. sine cons. capit.* Panormitan: *in c. ex insinuatione. de jur. patron.* Rochus de Curte *in tr. de jure patron. Rubr. de instit. Episcop. compet. num. 23.* Francisc: Marc: *p. 1. decis. Delphin. 479. n. 1. & 5.*

CLVII. Absens neque præsentari neque confirmari potest, *cap. cum laici. 10. cap. cum autem. 24. cap. pastoralis. 29. extr. de jur. patron.* Nam præsentandus debet se præsentare personaliter Episcopo, seu alteri Superiori, qui habet jus instituendi, ut nempe videatur, & examinetur, an sit idoneus: At absens examinari nequit. Et cum præsens is demum dicatur, qui sensibus objicitur corporeis, *arg. l. 209. ff. de*

de V. S. vel ipsa præsentationis vocula satis probat absentem per literas præsentari non posse. Fr: Marc: *vol. 1. decis. 479. n. 4.* Carpzov: *lib. 1. Jurispr. Consist. tit. 4. def. 48.* Quando autem causa necessitatis præsentiam personæ præsentatæ impedit, cujus eruditio & qualitas Episcopo est cognita, tunc absens præsentari ac confirmari potest. Fr: Marc. *loc. cit. n. 6.* Carpzov: *d. lib. 4. def. 49.*

CLVIII. Electio ad Dignitatem Ecclesiasticam non valet, nisi absentes, qui possunt & debent electioni interesse, vocentur. *cap. tue fraternitatis. de præbend. & dignitat.* Quia plus nocet contemptus unius, quam contradictio multorum. *cap. bone. 36. de elect. & electi potest.* Dessel: *in Erotem. Jur. Can. eod. t. q. 5.* Modò in loco tali, ut commodè vocari possint: aliàs eorum omissio, uti & aliorum, qui vocandi non sunt, nihil impedit, *cap. coram dilecto. 35. cap. quia propter. 42. §. illud de elect.* Zoef: *ad Ius Can. eod. num. 67.*

CLIX. Absentes ad electionem vocati necessario comparere non tenentur, sed legitimè impediti votum suum uni de Capitulo demandare possunt, *cap. quia propter 42. §. illud de elect.* Non etiam extraneo: etiam in casu, quo nullus de Capitulo mandatum acceptat, atque ita voto fit cariturus absens, Valer: Andr: Dessel: *in Erotemat. Jur. Can. ad tit. de elect. quest. 5.* Zoef: *in Comm. ad Ius Can. t. alleg. n. 70.*

CLX. In electionibus in quibus debent absentes vocari non sufficit sonus campanæ: Sed oportet citare per nuntium vel literas, Panorm: *in cap. in causis. 30. de elect. & elect. potest.* Francisc: Marc: *decis. Delphin. 1333. n. 3. part. 1.*

CLXI: Electio facta, non vocatis absentibus, non est ipso jure nulla, sed annullanda vel irritanda, Innoc: *in cap. 42. n. 1. & cap. 57. n. 3.* quia vocatio absentium est de justitia non de substantia vel forma electionis, Francisc: Marc: *vol. 1. decis. 1332. n. 3.* Zoef: *in Comm. ad Ius Can. tit. de elect.*

&

& elect. potest. n. 63. Possunt itaque absentes propter bonum pacis electionem à presentibus factam ratificare. *cap. quod sicut. & cap. venerabilem. de elect.* Zoef: l. cit. Franc: Marc: d. vol. def. 1338. n. 2.

CLXII. Cardinales absentes in electione Pontificis Romani non vocantur, Francisc: Marc: p. 1. decis. Delph. 934. n. 6. Tenentur autem Cardinales presentes expectare absentes per decem dies, *cap. ubi periculum. de elect. lib. 6.* Etiam si à loco, in quo electio celebrari debet longè distent: forte enim Cardinales absentes audientes verba de infirmitate, vel alia justa causa jam inceperant venire. Marc. d. decis. num. 7.

CLXIII. Antiquior in Capitulo seu Collegio habet jus congregandi Capitulum seu Collegium in absentia Prælati vel Rectoris ad quem spectat convocare. Francisc: Marc. part. 1. decis. Delph. 805.

CLXIV. Episcopi Reipubl. causa abesse possunt, sicut nuper abfuit Imperii causâ Archiepiscopus Salisburgensis, Episcopus Eichstettensis, item Episcopus Passaviensis, ceu Commissarii principales Cæsaris in Comitibus Ratisbonensibus. Lyncker: in *Analect. ad Desfel. in Erotem. Jur. Canon. tit. de Cleric. non Resident. q. 3.*

CLXV. Clerici justa de causa absentes, fructus, quos grossos vocant, non etiam quotidianas distributiones, seu minutas obventiones, quæ interessentibus Divinis officiis tantum debentur, durante absentia percipere possunt, *cap. tuae fraternitatis. 12. c. familiaris Papa. 14. cap. de cetero. 7. de cler. non resid. cap. consuetudinem. un. eod. in 6.* Petr: Gregor: Tholozan: in *Tr. de Republica. lib. 18. n. 8. & seq.* Est autem justa causa absentiae, quam ponit urgens necessitas, debita obedientia, evidens Ecclesiae aut Reipublicae utilitas. Marc. decis. Delph. 887. n. 3. & 4.

CLXVI. Di-

CLXVI. Distributiones quotidiana Clericorum absentium, presentibus & interessentibus divinis (seposito tamen statuto Ecclesiae) tum demum accrescunt, quando certa summa in genere & pro indiviso assignata distribuenda iis, qui interfunt divino officio. Si vero singulis assignata fuerit portio, nihil accrescet presentibus: quia non interessentibus nil datum videtur, & sic non habet locum jus accrescendi. Covarr: 3. Variar. Resolut. c. 13. n. 7.

CLXVII. Clerici ex causa morbi absentes non tantum grossos fructus (ut loquuntur) beneficiorum, verum & quotidianas distributiones (quae alias manualia beneficia seu victualia nuncupantur) percipere poterunt, c. cum percussio. 1. de Cleric. agrot. vel debilit. c. un. eod. in 6. Quia afflictis afflictio non est addenda, imò potius ipsorum miseriae miserendum, cap. pen. d. t. si alias dum sani erant, soliti fuerint inreresse divinis officiis. Felin. in c. Apostolica. num. 12. de exception.

CLXVIII. Si Clericus, qui ad residentiam personalem tenetur, ex injusta causa abest, non potest fructus beneficii percipere: Sed debet de fructibus deserviri officio Ecclesiae: & residuum converti in utilitatem ejusdem, cap. pen. de cleric. non resid. Et post citationem, si in termino sibi praefixo non revertatur, spoliari potest beneficio. cap. inter quatuor. 10. c. ex tua II. cap. fin. de cleric. non resid. Zoel: in Comm. ad J. Can. eod. n. 5. 6. & 7. Marc: tom. 1. def. 726.

CLXIX. Dominus Feudi absens per Procuratorem speciale mandatum infeudandi habentem investire potest, 2. F. 3. §. sed utrum. Anton: Disp. Feud. 4. th. 4. lit. B. Schneideyv: de Feud. part. 3. n. 78. Quod etiam obtinet in Feudis Imperii majoribus. Strijk. in Exam. Iur. Feud. cap. 13. q. 4.

CLXX. Vasallus absens per Procuratorem Investituram accipere potest, 2. F. 3. vers. sed utrum. Strijk: Exam. J. Feud. cap. 12.

cap. 12. quest. 22. qui in animam, uti loquuntur, Vasalli jurat, Strijk: d. cap. 9. 23. Requiritur autem, ut Procurator speciali sit ad jurandum instructus mandato. Ludvv: in Tract. Feud. pag. 340. Si verò Dominus ex justa & probabili causa præsentiam vasalli desideret, & Procuratorem admittere nolit, ipse vasallus nisi justam possit allegare excusationem, comparere tenebitur. Anton: Diss. Feud. 4. thes. 4. lit. C. Lymn: de F. P. lib. 4. cap. 7. n. 26.

CLXXI. Vasallus absens præsumitur potius ignorasse causam petendæ Investituræ, quam dolosè eam omisisse: adeoque scivisse vasallum Domino incumbit probare. Berlich: 2. conclus. 53. n. 37. & seqq. Aliquando tamen vasallus, si fortè minus probabilis sit ignorantia, eam juramento confirmare tenetur. Gail: 2. Obs. 48. num. 25.

CLXXII. Ob absentiam Domini Feudi, etiam injustam, vasallus, intra annum & diem, investituram renovare non tenetur, arg. 1. F. 22. Struv: Synt. F. Feud. cap. 10. aph. 9. n. 1. Vultej: lib. 1. cap. 7. n. 72. Strijk: in Exam. jur. Feud. cap. 17. q. 16. Procurator tamen domi relictus requirendus à vasallo est. Struv: d. loc. Rosenthal: de Feud. cap. 6. concl. 50. num. 7. Ludvv: in Tr. Feud. pag. 363. Absentia autem propria vasallo excusationem non præbet, nisi sit justa seu necessaria, puta reipublicæ, aut similis d. 1. F. 22. Vultej: d. c. 7. n. 74. Struv: cit. aph. 9. n. 2. Quod in necessaria eo usque verum est, ut non teneatur vasallus absens Procuratorem mittere, & si forte domi reliquit, & is intra legitimum tempus renovationem non petiit, nihilominus veniam mereatur. Rosenthal: d. l. num. 6.

CLXXIII. Ad novam Inuestituram probandam, absentibus licet Paribus Curia, testes extranei adhiberi non possunt, citandi enim & expectandi sunt Pares absentes. II. F. 33. Wefenb: in Tr. de Feud. cap. 8. n. 13. Struv: Syntagm. Feud. c. 8.

G

aph. 5.

aph. 5. n. 2. Si tamen Pares citati venire nolint, Investitura nova iis absentibus facta valet, ne videlicet mora sua domino potestatem infeudandi tollant. Henr: à Rosenth: *de Feud. cap. 12. conclus. 17. n. 1.* Moribus nostris Parium praesentia remissa est, & breve testatum Domini Sigillo confirmatum, vel alia confessio de facta investitura, imò attestatum Cancellariae feudalis sufficit. Struv: *cap. 16. aph. 14.*

CLXXIV. Absentia Domini Feudi non efficit, ut vasallus sine ejus consensu feudum distrahere possit, Rosenth: *cap. 9. concl. 32. n. 23.*

CLXXV. Vasallus ob injuriam verbalem gravem, absenti Domino illatam, feudo privatur, Henr: à Rosenth: *cap. 10. conclus. 21. num. 8.* Quae autem levis, vel gravis injuria dicatur, ex Judicis arbitrio pendet. Menoch: *de arbit. judic. quest. cent. 3. lib. 2. casu 263. n. 2.*

CLXXVI. Absente Imperatore Rex Romanorum (qui perpetuus est Imperii Vicarius) Imperium regit ac moderatur, *Ord. Cam. p. 1. tit. 1. §. Remblich wollen. ibi: Oder im fall / daß jhro liebd und Keyf. Majest. nicht im Reich oder in der nähe wären. N. A. de Anno 1555. §. Und sollen. §. So haben wir. §. So sich dan.* Myler: *in addit. ad Rümelin. in A. B. Diss. 2. th. 9. lit. B.* Fritsch: *in Man. J. P. pag. 349.* Schvveder: *Introd. in j. P. part. spec. sect. 1. cap. 3. §. 2. & 6.*

CLXXVII. Electores praesentes, non obstante legitime vocatorum absentia, actum electionis Regis Romanorum perficere possunt, *N. A. zu Speyer de Anno 1520. §. Und damit ein solche. in fin. N. A. zu Regenspurg. de Anno 1541. §. Wir / auch Churfürsten.* Elector enim, si nec in propria persona compareat, nec legales suos Nuncios transmittat, aut alterutrum quidem faciat, sed antequam electus fuerit Rex Romanorum, futurus Caesar, vel Nuncii ejus, vel ipse discedat, amittit votum, quod illa vice habiturus fuisset,

A. B.

A. B. cap. 1. §. 21. Schvveder: Introd. in j. Publ. part. spec. sect. 1. c. 2. num. 15. Si verò aliquis ex Electoribus non est citatus, tota electio per illum retractari & annullari potest. *arg. c. quod sicut. & c. in Genesi. extr. de elect.* Quia quoties deficit solennitas in actu à lege requisita, actus ipso jure non subsistit, *Gail: 1. Obs. 124. n. 4. J. G. Simon: in not. ad Grot. de jur. bell. & pac. lib. 2. c. 5. §. 20.*

CLXXVIII. Absentis Electoris Legatus ad Curiam solennem missus in convivio Imperiali ad mensam vel sedem Electori absenti deputatam non admittitur. *A. B. cap. 28. §. 6. Schvveder: Introd. in J. P. part. specil. sect. 1. cap. 10. §. 12. in fin. Rümelin. ad A. B. part. 3. Diss. 1. th. 13.* Hinc cum Rex Bohemiæ in Coronatione Caroli V. abesset, & Legatum misisset, mensam pro ipso stratam preparatamque edulio vacuam mansisse, refert *Hartman: Maur: apud Goldast. in Polit. Imperial. part. 3. fol. 274.*

CLXXIX. Si Electorum SubOfficiales (qui Electoribus secularibus in administratione officiorum, quæ in celebratione solennis Curia Imperatoris vel Regis Romanorum Principes Electores exercere debent, subveniunt) sunt absentes, quotidiani Curia Imperialis seu Regalis ministri ii, qui idem cum absentibus officium gerunt, ad officia hæc admittuntur, eaque expediunt, horum fructus ac commoda colligunt, *A. B. c. 27. §. ult. Schütz: in Colleg. jur. Publ. disp. 7. th. 25. lit. A.* Unde officia in tres classes dispescuntur: 1. in die Oberste Erb- und ChurAembter. 2. in die Erb- und AßterAembter. 3. in die tägliche HoffAembter. *Fritsch: in Man. jur. Publ. p. m. 173.*

CLXXX. In Comitibus Imperii universalibus Imperatore absente, ejus Commissarius, quem in vicem suam misit, est Præses, qui vel Rex Romanorum, vel alius Princeps, Ecclesiasticus vel Politicus, Comes &c. *Limn: de jur. publ. lib. 9.*

cap. 1. num. 118. & 119. Fritsch: in Man. J. Publ. pag. 112.

CLXXXI. Status Imperii absentes, iis, quæ in Comitibus decreta sunt, perinde ligantur, ac si præsentibus fuissent. *N. A. de Anno 1500. Rubr. Wie man mit etlichen Ständen. verbis: Nachdem auch etliche Stände des Reichs hie / weder Persöhnlich / noch durch ihre Botschafft erschienen seind zc. N. A. d. A. 1512. §. Es sollen auch die Churfürsten zc. Rümelin; ad A. B. p. 2. Diss. 3. th. 12. ibique Myler: in addit.*

CLXXXII. Electorum absentium Ablegati in Conventibus Imperii eo ordine vota proponunt, quo proponerent ipsorum Principales, si adessent, Gabr. Schvveder. *Introd. in Ius Publ. p. spec. sect. 1. cap. 10. §. 11. Etsi alii Electores præsentibus priorem teneant sessionem. Schvveder: l. cit. & §. 12. Myler: in addit. ad Rümelin. part. 3. Diss. 1. th. 13. lit. A.*

CLXXXIII. Si cum Legatis Electorum absentium Principes concurrunt, tunc Legati Principibus præsentibus præferuntur, *N. A. zu Regensburg d. A. 1546. §. 10. d. A. 1576. §. 11. Cap. Ferdin. IV. art. 4. Cap. Leopold. art. 5. verb. Und den Fürsten in Persohn zc.* Sed hanc prærogativam Principes in Collegialibus & ejusmodi actibus publicis, ubi Legati Electorum personas repræsentant admittunt, non autem in aliis congressibus, ubi ut singuli, per se, non totius Collegii ratione considerantur, igitur Imperatori superioribus Comitibus Anno 1654. Memoriale exhibuerunt, quod extat apud *Auth. der Grundfest des H. Römischen Reichs. p. 2. cap. 5. p. 113.*

CLXXXIV. Principibus præsentibus absentium Principum Legati postponuntur. In Principe enim revera est dignitas & quidem propria: in Legato verò dignitas tantum adest aliena & adumbrata; Ut umbra cedit Luci, ita quoque Principi Legatus. Schütz. *in Colleg. Iur. Publ. disp. 8. concl. 15. lit. A.* Exceptiones habet Schvveder: *Introd. in j. Publ. part. spec. sect. 1. cap. 10. §. 14.*

CLXXXV. Per

CLXXXV. Per absentiam à studiis quinquennalem Scholares beneficium matriculæ & privilegia Scholarium perdunt, *arg. l. 2. C. de Primicerio. l. 3. de Domestic. & Protector. cap. ult. ubi gl. vers. per quinque annos extr. de heret. Bald: in l. se duas 6. ff. de excusat. Joh. Limn. de jur. publ. cap. 9. in fin.*

CLXXXVI. Absens Studiorum causa, studium negligens, vel alias contra finem privilegiorum Scholaribus datorum peccans, abutitur privilegiis iisque privatur. *c. 3. de statu Monach. l. scriniarios. C. de testam. milit. Zoef: in Comm. ad j. Can. tit. de privileg. & excess. privil. n. 38. Enenckel: Baro Hohenecc. in Tr. de Privileg. lib. 3. cap. 17. n. 47. in fin. Limn: de j. publ. lib. 8. c. 6. n. 45. Quod tamen cum hoc moderamine intelligendum, ut Rector Academiæ ipsum ad officium compellere atque ad debitam in studiis adhibendam diligentiam admonere debeat, arg. l. un. si quis jus dicenti. c. fin. de rit. & honest. Cleric. Quod si hoc modo admonitus studia sua nihilominus negligat, tunc demum, tanquam privilegiis ac immunitatibus Academicis indignus, excludatur nec amplius in numero ac censu Studiosorum habeatur. Hunn: de Privileg. Studiosor. cap. 1. quest. 2. pag. m. 29.*

CLXXXVII. Gradus ac Tituli Academici absentibus conferri queunt, Schvveder: *Introd. in j. publ. part. spec. sect. 1. cap. 6. §. 14.* quod intelligendum de absentibus examinatis, Schvveder: *d. loc.* Etenim de substantiâ promovendi Doctoris, Licentiati, Magistri est scientia & eruditio, de quâ constare debet, priusquam fiat gradus collatio, Matth: Stephan: *de jurisdict. lib. 3. part. 2. cap. 12. num 62.* Absens tamen notoriè peritus etiam sine examine in Doctorem promoveri potest, Panormitan: *ad c. constitutis, 45. num. 3. de appell.* Non enim egemus in manifestis probatione, Tholozan: *de Republ. tom. 1. lib. 18. num. 3.* quamvis Academiæ hac libertate uti non soleant, tum ne cavillationibus & contemptui malevolorum

lorum occasio præbeatur, tum ne consuetudo ista in abusu-
sum quendam abeat, quod facile fieri posset; Schvveder;
alleg. loc.

CHRISTO TRIBUATUR GLORIA.

ET

ERRATIS VENIA.

COROLLARIA.

1. **C**Adavera punitorum rectè in furca vel rota insepulta re-
linquuntur, quo alii ab iisdem facinoribus deterreantur.
2. Iure Canonico pro raptu non habetur, quando puella sui ju-
ris, & sub nulla potestate constituta, initio consensit in
abductionem, sed postea invita cognoscitur carnaliter.
3. Nominations sociorum, in crimine veneficii, sufficiens indi-
cium ad exercendam torturam præbent.
4. Doctor Iuris, qui Notarius haut est, non valet publicum ac
solenne conficere instrumentum.
5. Ex testamento per querelam rescisso legata debentur.
6. Pacto de retrovendendo generaliter facto, ut quandocunq;
redimere liceat, 30. annis præscribi potest.
7. Ratihabitio liberos, ante consensum paternum natos, legi-
timos non efficit.
8. Ex servis nati de Iure Civili patrem non habent.
9. Ab alio vitiatam ignoranter ductam retinere quis non co-
gitur.
10. Fœmina Feudum concedere & acquirere potest.
11. Primogenitus inhabilis ad Electoratum non est admittendus.
12. Propter absentiam hymenis virgo deflorata non præsu-
mitur.

F I N I S.

Ad Nobilissimum & Pereximium

DN. CHRISTOPHORUM THEODORUM
GIESLERUM, J. U. Cand.

De Absentia Inaugurali Themate doctissime
disputantem,

V O X G R A T U L A T O R I A

W I L H E L M I C R U S I I, J Cti
& Univ. h. t. Rector.

Est Tua præclare nobis præstantia *presens*
Artis, Virtutis, Nominis atque boni:
Ipsaque *Præsentem* Te nunc *Absentia* reddit:
Quò pede non vadis, transit honoris opus.
Gratulor eximium, quod dat Themis alma brabeium,
Quò *presens absens* conspiciare Tuo!

G I E S S E L E R U S.

^{*avayr.*}
J U S. L E G E S. R E S.

ERgo bonis avibus Themidos GIESSLERE triumphat
Cura Tuæ, & docto te locat alma throno?
Proh bene, & ex meritis! *Legisti Jura. Quid ergo?*
Æquum est, ut studii præmia remque legas.
Commodum onusque pari consuerunt vadere gressu.
Et Tibi Doctoris jam sacra mitra venit.
Bella virago, opulentaque praxis, & agmen honorum.
Has res, Jus Leges dum legis, IPSE leges.

Meritissimis Honoribus Nobiliss. & Consultiss.

*D. Doctorandi festino sed amantissimo
calamo applaudit*

A. A. PAGENSTECHER. JC.

Absens quod facio, dum mallem tradere *presens*,
Mi GIESLER Votum suscipe mente bona.
Carminē Vota ferant longo, quos *Phæbus* amavit;
 Non ego: me brevibus Vota tulisse juvat:
JOVA tuis adsit cæptis; tua Vota secundet:
 Et Tibi sic actus Commoda multa feret.

Ita

Nobilissimo, Clarissimo Consultissimoque Dn. Can-
didato, Patrueli suo animitus amando, de sum-
mis in Utroque Jure promeritis honoribus gra-
tulari, omniaque bona apprecari lubuit, licuit
 A. J. G. L. L. L. & C. A.

Doctis bis *presens* magnâ cum laude fuisti,
 Sufficere haud, vicibus præsentem stare duabus,
 Est tibi jam notum, generoso pectore ternas
 Ergo subis, paulum si manseris his quoque *presens*,
 Jamdudum meritam tradet tibi quisque Coronam.
 Heus! mea vena tace? Doctos indocta docere
 Audes? nonnè pudet? cum *presens* hoc opus Adsit,
 Sat doctè monstrans, quam sit *damnosa* Cuique,
 Quam quoque *Conducens* multis *Absentia* *Iusta*;
 Id cum vix possim meritâ describere laude,
 Ac laudent omnes, nolitque Modestia laudes:
 Sic precor ex animo, ut *Presens* tibi semper, & *Absens*
 Sis, ac fortunent tibi Fata negotia quævis,
 Et tandem æternâ foelix ornêre Coronâ.

Quod vile in tesseram fraternæ amicitie Nobiliss.
Consultiss. Domino DN. CHRISTOPH. THEO-
DOR: GIESELER pro Gradu DOCTORA-
TUS feliciter disputanti

M. L. P. O. Q.

JOH: THEOD: WEVER, Herschedâ-
 Marcanus, J. U. Doctorand.

HActenus est sapiens habitus, *praesentia* curans;
 Ridenturque illi, quibus est *Absentia* Curæ.
 Non ride: perpende prius, fatearis ut ipse,
 Lector, quàm multis *Absentia* laudibus extet.
 Has dum tam doctè tradis GIESLERE, videbit
 DUISBURGUM Studiis *Praesentem* Te usque fuisse:
 Quin redimita dabit properans TUA tempora lauru.
 Gratulor hos fructus, & tantæ Messis aruitas,
 Ex animoque precor calido prosperrima quævis,
 Dum vota ex voto concedat Rector Olympi.

*Ita Nobilissimo ac Consultissimo Dn. Candidato,
 Amico fraterno amore colendo, Commensali
 juxta & contubernali conjunctissimo ac ho-
 noratissimo applaudebat*

JOH: MELCHIOR SCHUMACHER
 J. U. C. Hattneggâ - Marcanus.

Quid deceat? Monstras: Absentis Jura tueris,
 Invida quæis nescit parcere mens: Capias
 Quæque decet doctos Laurum, Themidosque Coronam.
 Te Absentem laudat, Te colit ipsa Themis.

*Pauca hæc Nobilissimo ac Consultissimo
 Dn. Candidato fautori ac commensali
 suo estimatissimo amicâ manu apposuit*

GERHARDUS BASSE, J. U. C.
 Iserlonio - Westphalus.

H

SONNET.

S O N N E T.

Ein Himmlisches Gemüht' verläßt der Erden Pracht!
 Such't nur mit grossen Fleiß/ was Hohe Geister preisen/
 Gang unermüdet wird es manchen Ort durchreisen/
 Ja auß dem vollen Sturm sich's in den Hafen macht:
 So Er/ Mein Wehrt'ster Freund / hat manchen Tag und Nacht/
 Mit ruhm im Recht verzehrt/ ich kan es klahr beweisen/
 Die Musen zeugen mir: die Göttin mit dem Eisen/
 Fraw Themis / hat die Krohn vorlängst schon zugesagt.
 Auß tieffen Herzen ruff' Glück zu/ zu diesen Ehren/
 So viel nur Sylben stehn/ Mein rechter Hertzens Freund/
 In der Gelehrten Schrift/ so viel der Wünsche seind;
 Der Himmel wolle Sie von Tag zu Tag vermehren/
 Der halt' Sein Leben lang erwünscht in gutem Lauff:
 Die Freundschaft und Mein Dienst soll nimmer hören auff.

Mit diesem Schlechten Sonnet wolte dem Hochgelehrten Herren Doctorando Seinem Hochgeschätzten Brüderlichem Freunde schuldigst Glückwünschend auffwarten

C L E M E N S B E R G,
 Ein Bergischer. J. U. C.

GERHARDUS BASSE, K. C.

SONNET

Duisburg, Diss., 1661-33

(1)

ULB Halle

3

004 527 046



Sb

107



B.I.G.

Farbkarte #13

J. J:
 FIGURALIS
 CA
 1692, 2
 TIA
 RUM,
 TRINITATIS
 R MISSU
 DINIS, IN CELE-
 RGI CLIVORUM,
 NBURGICA
 E,
 N T I A
 Jure Honores
 tè ac legitimè
 ni placidaque
 cit
 RUS GIESLERUS,
 CANUS,
 que consuetis.
 ENUM,
 emia Typographum,
 CII.

194
19

J. J. Gieslerus

